



Isagoge brevis et perspicua, monstrans usum atque vim veræ salutaris & immotæ doctrinæ. De Invocatione Dei et Filii Dei Domini nostri Jesu Christi, qui in unitate personæ verus Deus est et homo, De Patre æqualis Patri, secundum divinitatem, et de nostro minor Patre secundum humanitatem, ut pro symbolo Niceno concilium Calcedonense pronunciat.

<https://hdl.handle.net/1874/423060>

2

Isagoge
BREVIS ET PER-
SPICVA, MONSTRANS VSVM
ATQVE VIM VERÆ SALVTARIS
& immotæ doctrinæ.

^{D E}
IN VOCATIONE DEI ET FILII
Dei Domininostris Jesu Christi, qui in unitate personæ verus Deus est et homo, De Patre aequalis Patri, secundum diuinitatem: et de nostro minor Patre secundum humanitatem, ut pro symbolo Niceno concilium Calcedonense pronunciat.

SCRIPTA
AB ANTONIO ARIMATHÆensi
studioso sincerae Theologiæ.

^{A D}
ANALYSIN THESIVM D. EGIDII HVNII DE
Inuocatione Dei vera & Sanctorum Idolatrīca, ut sit
πρόδρομος CENSVRÆ CONFESSIONIS suo &
aliorum nomine scripta.

RE FVTA NTVR SIMVL PLVRIMAE THESES
Confessionis exhibitæ illustrissimis Hassia principibus ab eodem D. Hunio, quæ in margine characteribus numero-
rum suo quæque loco indicatae sunt.

NEVSTADII IN PALATINATV
Typis Matthæi Harnisch.

1500
C I O I C X X C VI.

115000
BREATHES PER
MICAV MONSTERS AS
TICKS FOR THE EXTERNS
CHASING OUT

WOCATION DATES MAY
BE DETERMINED BY THE
NUMBER OF CLOTHES
WEARER HAS ON HIS BACK
AT THE TIME HE IS
KILLED. A MAN WHO
DIES WITH NO CLOTHES
ON HIS BACK IS
DEAD FOR A DAY.

THESE ARE THE
MATERIALS FOR
A CLOTHING.

THEY ARE
NOT NEEDED
FOR CLOTHING
BUT THEY ARE
USEFUL FOR
CLOTHING.

THEY ARE
NOT NEEDED
FOR CLOTHING
BUT THEY ARE
USEFUL FOR
CLOTHING.

THEY ARE
NOT NEEDED
FOR CLOTHING
BUT THEY ARE
USEFUL FOR
CLOTHING.

M. IOHANNIS NEBELTAVIL.
PRAEFATIO IN ISAGO.
GEN, &c.

VM Autor *Isagoges* rogatus à
viris bonis, veritatem simplicem in doctrina
de Persona & vera Christi adoratione aman-
tibus, hoc suum scriptum statuisse edere, mihi
veteri amico suo eadere negotium dedit. Ego
vero qui consilium ipsius probabam, & videbam alij quod ami-
cis & quidem hominibus doctis idem non improbari, effect, ut
Isagoge pralo submitteretur. Prefationem etiam praefixi, quod
Typographus id à me peteret. De argumento autem illius
coitanti, visum est, non absire fore, si & de statu controuer-
sia Lectorem pramonerem: & summam sententia orthodoxa
Patrum de adoratione carnis Christi paucis primitierem: hisq;
consecutionem, que ex assertione D. Huny, de omniprésentia
humana natura Christi, necessario infertur, adderem; quando-
quidem hæc carnis Christi corporalem presentiam in Cœna Do-
mini planè caerit. Quod meum studium scio Autori *Isagoges*
probatum irz, & spero Lectori non futurum ingratum.
Elegans illa similitudo, qua Apostolus falsas doctrinas in Ecclesia. Tim. 20
disseminatas Gangran & comparat, apudimè conuenit in sigmen-
tum corporalis presentia Christi in elementis Sacrae Cœnae. Ut
enim Gangrana, cui mature in industria chirurgi non occurritur,
non solum affecti membris carnem enecat, sed vicina quoque ex-
citioso contagio depascit: sic commentum quoque istud de corpo-
rali presentia Christi, postquam sinneras commonefactiones à
principio non admisit, omnes ad unum fidei articulos de Perso-
na & officio Christi, quasi quadam lue fanaticarum opinionum
corripuit atq; corrupit. Non dicam quod fidei iustificant, qua
sola tanquam dextera Christum apprehendimus, sinistram
quandam affinxit, nimirum mandationem carnis ipsius (ve

P R A E F A T I O.

vocati) oralem. Addita his est deprauatio vera & sincera sententia de solo Deo, & Christo Mediatore homine adorando. Alij horum articulorum explicatio orthodoxa multiplicis Sophisticatenebris est inuoluta, in quibus deformitas prodigiis dogmatis de corporis Christi Ubiquitate facilius delitesceret & oculos imperitorum effugeret. Accetera quidem omitto, quod quidam asserere non sunt veriti, Christum non carne solum, sed Deitatem quoq; passum: vel ut alij (verbo limatius re aquè absurdè) Christi Deitatem proprietate carnis passum esse: tum illud praterceptum disparitionem Christi p ascensione in cælum quidam supposeduerunt, ut inuisibilem corporis Christi presentiam suam in Cenapalliarent. Neque etiam commemorabo, quod iudicium humanam Christi naturam à momento conceptionis ad dexteram Dei collocatam asseuerarunt. Nam hæc plerique ex aduersarijs, & in his D. Hunius prorsus hodie reiciunt: tribus tantum verbis repetam, quam varie ficta, picta & proposita Ecclesia habentur fuerit omnipresentia humana & natura Christi. Sic enim Lector etiam rudis facile perspiciet statum controversia inter theses Dei Hunij (qua titulo de vera Dei inuocatione sententiam de Ubiquitate propugnant:) & inter Isagogen, qua illam oppugnat.

Ubiquitatis seu omnipresencie Christi arcem & caput, illius autores & assertores omnes statuerunt realem communicacionem, qua sola unionem hypostaticam describendam senserunt. Verum eam non similiter definierunt. Vnde & status controversia alius atque alius habentus extitit. Qui primi namq; Ubiquitatis monstrum pepererunt realem communicationem cum Eutychetalem introduxerunt, qua Christus per conuersionem humana & sua natura in diuinam in omnibus & singulis rebus creatis esset. Scripsérunt enim & contenderunt acerrime, Christi (etiam quā homo) esse plena omnia, non corporali aut comprehendibili, sed supernaturali & diuino modo ita, ut ubique sit Christus Deus, ibidem etiam sit Christi humanitas. Postquam autem absurditatem sententia huius agnoverunt & mutauerunt Autores ipsi: definire hic placuit realem illam communicationem

P R A E F A T I O .

tionem effusione omnium propriatum Filij Dei in filium hominis. Sic enim in concreto loquuntur, cum intelligerent naturas. Ceterum hanc quoque sententiam, quae ex Nestori & Eutychis blasphemis contexta erat, ad incedem reuocantes, ita interpolarunt, ut commodius hascriberent: se credere & docere in Christo veram & essentialem diuinitatem humanitati communicatam personaliter; sicut anima corpori naturaliter. Hinc illam transfusionem essentialium Idiomatum diuinorum in naturam humanam D. Hunius, ut absurdam & sacris literis contraria expresse damnat, & recte damnat. (Thes. 36.) Nam quod eam suis Ecclesias, hoc est, Sueicis falso affingi queritur; falso queritur. Conuincit urenim cum scriptis alijs pluribus, tum D. Brentij recognitione: & Iacobi And. Apolog. contra Ingolstadienses. Quam ergo retinent realem communicationem, cuius beneficio Maiestas Deitatis Christo confeti, etiam quam homo est?

Hanc retinent quod humana natura Christi assumta in unitatem personae VERBI, & erecta ad dexteram Dei, fortita sit, & habeat communicatam sibi realissimè maiestatem omnipotencia, omnipresentia & omniscientia, non quidem in se, tanquam insubiecto, sed in persona τοῦ Λόγου. Ne vero illa, pro unione personali accipiatur, dicunt hanc communicationem realem non esse ipsam unionem hypostaticā in Christo, sed ab hac dependere. Humanam vero naturam Christi ab illa maiestate in ipsa conceptione realiter sibi isto, quē dixi, modo, communicata abstinuisse tempore humiliationis: post exaltationem autem ad dexteram Dei, plenis maiestatis eius usurpationem accepisse eam qđ exeruisse, & exercebit ita, ut sit ubiq; cum Λόγω. quine a, cum ea & per eam omnipresentem agat & operetur omnia. Denig, quod propter hanc realissimè ipsi communicatam in persona τοῦ Λόγου maiestatem, humana Christi natura sit adoranda: quodque contrā idōlatricas sit Christi, quam homo est. inuocatio, si cum divina huius. Thes. 28. modi maiestate realem uocavias non habeat. Status igitur con- 29. 30. 32. & 33. truens est: An humana natura Christi per realem, de qua mo- statim ha- dū dictum est, communicationem, sit facta omnipotens, omni- im contro- auersia.

P R A P A T T O.

præsens, omniscia, & propterea adoranda: Negat Isagoge: affir-
mant Hunianæ Theses; quarum syllogismus præcipuus hic est.

Solus is qui est omnipotens, omniscius & omnipre-
sens est adorandus.

Humana natura Christi est omnipotens, omniscia &
omnipræsens. Ergo.

Humana natura Christi est adoranda.

Minorem probant theses.

1. Maiestas trium istorum Idiomatum Deitatis humanen-
ture Christi suam subsistentiam in Persona τὸ λόγον habenti,
realissimè & excludens seu actu primo, in ipsa conceptione est com-
municata: licet illam Maiestatem habuerit humana Christi
natura non in seipso, sed in Persona: et delitescentem quidem sub-
formas eruit usq; dum euecta fuit ad dexteram Dei.

2. Eandem, aiunt, Maiestatem humana Christi natura collo-
cata ad dexteram Dei, in cœlestibus accepit ἐπεγγένετο seu actu
secundo, qui est plenissima usuratio eiusdem illius maiestati,
quam per unionem hypostaticā, habebat antea excludens. veram
probationem cum argumentis tum testimonij Scriptura & Pa-
trum in primis Athanasij, Cyrilli, Theodoreti & Augustini se-
pland demonstrasse D. Hunius putat.

Quid Isagoge? concedit consecutionem: Et primum cum
scriptura & decreto Synodi Ephesina afferit: Iesum Christum
Immanualem Deum & hominem non tanquam alterum cum
altero conglorificandum sed potius una supplicatione honoran-
dum & adorandum, iuxta quod Verbum caro factum est. Di-
indefatetur: carnem Christi, adorandam una λαρναξia quiach-
ro & corpus Domini est. Consecutionem itaq; concedet, minorem
verò negat & refutat duplē hanc probationem: quod huma-
na Christi natura habeat realiter sibi communicatam maiesta-
tem idiomatum Deitatis, trium (quod interpretatur Isagogi
erium tantum,) in Persona τὸ λόγον vel excludens ex unionis hy-
postatica virtute: vel ἐπεγγένετο ex sefessione ad dexteram. Ar-
gumenta

P R A E F A T I O.

Gumentia ipsius ex Scriptura, synodorum decretis et Patrum scri-
ptis petita, sunt hac.

Natura Christi humana non habet ēxūnōs in se idiomata
Deitatis ex unione.

1. Contradicторia sunt habere maiestatem diuinam realiter
& ēxūnōs sibi communicatam: Et eandem non habere ēxūnōs
in se, sed in alio nimirum in persona.

2. Vno non tollit, sed custodit discrimina naturarum: Et iu-
xta synodum Calcedonensem, nequaquam sublata est natura-
rum differentia propter unionem: sed magis salua est virtus &
proprietas; & propterea unus idemque Christus (non humana
Christi natura) ita quod humanum est, habet Deus in virtute
humanæ naturæ, & quod diuinum habet homo in virtute diui-
næ naturæ.

3. Quorum eadem sunt proprietates, eadem est natura. Non
ergo natura humana magis habet idiomata diuina realiter ēx-
ūnōs, quam habet Deitatem & est ipsa natura diuina realiter
& ēxūnōs.

4. Idiomata essentialia Personæ τῆ λόγῳ respectu creatura-
rum, sunt propria in quarto modo, ideoq; ēxūnōs incommuni-
cabilia naturæ alteri, quamvis personaliter unita: Sicut nec
propria anima in quarto modo, corpori hominis sic communi-
cantur, ut verè dici posse, corpus hominis est intelligens, ratio-
ne præditum spirituale, immortale.

5. Si communicatio realis virtute unionis personalis facta est,
consequitur necessariò non tantum maiestatem trium idiomata-
rum, sed omnium adeoq; ipsam Deitatem ipsi carni: & vicissim
humanam naturam & ipsius idiomata essentialia ipsi Deitati in
persona esse ēxūnōs communicata.

Quo sensu (si particulam extinuōs demas) constat Patres v-
nionem etiam dixisse communicationem personalem. De qua
sic Leo Jerm. 8. Quadrages. Particeps per omnia intelligatur &
Deitas carnis & caro Deitatis.

P R A E F A T I O.

Iam ex sessione ad dexteram, neque maiestatem trium idiomatum negat eorundem usurpationem plenissimam humanae naturae Christi ἐνεργητικῶς esse communicatam; his principiū ostendit Isagoge.

1. Exaltatio est totius personae secundum utramque naturam insacerdotij & regni omnipotente administratione tali, in qua forma Christi utraq. agit cum communione alterius, quod suum est, & valeat hic quoq. perpetua Patrum regula: Quacunque leguntur de Christo aliora & diuina, ea diuina eiue naturae, quae humiliova & humana, ea humana attribuenda sunt.

2. Gratia unionis per exaltationem plenissimè declarata & manifestata (quod videlicet hic Iesus sit filius Dei, Deus incarnatus.) non est plenissima usurpatio omnipresentiae, omniscientiae & omnipotentiae, tributa Christi naturae humanae.

3. Gloria seu gratia capitis Christi non magis efficit exaltationem idiomatum essentialium, quam ipsarum naturarum.

4. Dona collata humana naturae Christi per glorificationem, sunt habitualia & creata, & eorum ipsa est subiectum.

5. Usurpatio plenissima idiomatum tam diuinorum quam humanae non est naturae sed Personae, agentis secundum utramque naturam, & utriusq. idiomata, operationes, distinctas eas quidem ratione naturarum & idiomatum, sed qua constituant unam actionem θεοῦ δικῆν, respectu Personae Christi; humanae videlicet voluntate & actione ipsius diuinæ voluntatis actioni coniuncta & cooperante. De quo adscribere libet Damasceni locum lib. 3. cap. 15. ubi postquam ab initio capituli desinunt, quid ἐνέργεια ἐνεργητικὸν ἐνέργημα sit. Addit etiam quid sit agens: ὁ ἐνέργων ὁ κατηγόρειν τῇ ἐνέργειᾳ ἡτοι η ἀπόστολος agens est qui veitur actione videlicet ipsa hypostasis. Et postea explicat illud Leonis: Vtraque forma agit cum communione alterius quod suum est, his verbis: Agit Christus secundum utramque naturam, & agit utraque in ipso natura cum alterius communicatione: Verbo quidem operantea ea, quae sunt Verbi propter autoritatem & potestatem diuinitatis, quacunq. sunt principia

P R E P A T I O.

¶ regia: Corpore verò absoluente quacunque sunt corporis min-
nia, ad voluntatem Verbi, quod ipse coniunitur cuius & factum
est propriū. Legatur de hoc ipso argumento cap. 19. eiusdem libri.

Atque hæc de statu & fundamentis controvèrsiæ in hac dispu-
tatione cum affirmativa, cum negativa sententia præcipue
qua veritatis amantes & cupidi plenissimè explicata legantur
ipsa sagoge. Vera verò pars sequatur & retineat orthodoxam,
& simplicem sententiam, cùm in Scriptura, tumpia veteris
testimonij, Lector seposito præjudicio & antecelta opinione, fa-
cile poterit dijudicare.

Ego sane salvo Lectoris iudicio & integra veriusq[ue] partis cau-
sa, principalem syllogismum sic, ut nihil habere absurdum putem,
informo.

Solus omnipotens, omnipræsens, omniscius &c. est
inuocandus.

- Humana natura Christi, non in se, sed in Persona τελού.

τελος est omnipotens, omnipræsens, omniscia &c.

Ergo, Humana Christi natura, non in se, sed in Perso-
na τελος est inuocanda.

Aq[ue] hæc mea, non disputantium conclusio esto. Et quoniam ^{summa} doctrina Patrum de doctrina
de statu controvèrsiæ dixi: nunc summam doctrina Patrum de doctrina
adoratione carnis Christi breuiter addam. ^{orthodoxa} Patrum

Intellectum ex ijs, qua dixi, non venire in controvèrsiam il- de adora-
lud: An caro Christi sit adoranda? sed illud præcipue: cur & tione car-
quomodo adoranda sit? placuit de hac questione annotare ea,
qua percipere potui ex inspectione locorum maximè perspicuo-
rum apud Patres orthodoxos: & ex collatione cum Reuerendo Pa-
tre & præceptore D. Hieronymo Zanchio, Theologo in Patrum
lectione exercitatissimo, qui ex præstantissimis Ecclesia nostris e-
cclesiis luminibus penè unus est reliquus. Patres igitur cùm adora-
tionem carnis Christi contra Arianos, Nestorianos, Entychianos
& similes Hereticos asserunt, tria hæc disertè docent: 1. Quod
sit obiectum proprium inuocationis. 2. qua causa, propter quā
natura Christi humana sit inuocanda: 3. quomodo eadem in

P R A E P A T I O.

Christo adoranda. Primum in hoc consentiunt: obiectum proprium & immediatum adorationis esse ipsam Personam: eamque alias personae: alias diuina natura: alias officij nomine in concreto (ut loquimur) appellant. Hoc itaque obiectum, ut monstrant, sic loquuntur: Verbum & Dominum IN, CVM, PER carnem adorandum: quas loquendi formas, & earundem sensum, Arriani repudiarunt, ut notat Orat. s. contra Arrianos Athanasius, ubi ait: Verbum incarnatum, Dominum & Creatorem creato corpore indutum adoramus: Item, Dominum in carne sua, tanquam in templo adoramus.

Nazianenus: unum & eundem filium Dei et Maria in Deltate & honore inseparabili, adoramus Epist. 2. ad Celenodium.

Ambrosius, Christum in carnis gloria adorarunt Apostoli lib. 3. cap. 3. de S. S. Carnem Christi in domino Iesu adorarunt. Ibidem. Augustinus. Qui adorat carnem Christi, non terram intuetur, sed illum potius, cuius scabellum est, infrapag. 81. deatur totus locus, ut plerique ceteri. Cyrillus: una Verbi Deltatura adoratur cum carne sua, una adoratione: Ad Reginam. Hominem, qui apparuit, Dei Verbum agnoscentes, & accedimus ad Deum, secundum quod & Deus est, & ex Deo Patre, lib. 6. contra Julianum. Eodem pertinet etiam illud libro. de Re fide. Hec sentientes discipuli, adorando dicebant: Verè Dei filius es, quamvis in cedentem videntes & in carne nostra. Ettim super summas procellas ambulabat mirè, vi Deus.

Idem vult Theodorethus: per naturam visibilem in visibili divinitatem adoratur. Damascenus, ἐνώπιον Φιλίῳ σάρκα πεπονισμένην τῇ Θεότητι, ἐνώπιον εἰς ἐν περιστοπον, Κύπριον τῷ Θεῷ λέγεται δύο αὐτῷ ἀναγομένων Φίστων, lib. 3. cap. 8. Ex quibus & similibus Patrum pronunciatis perspicuum est ipsos obiectum proprium & immediatum invocationis statuere & monstrare, PERSONAM, qua est cum Patre & S. Solus ille Deus, quis solum adorandum pronunciat.

Iam cum in controversia sit de causa, propter quam humanansura Christi religiosè inuocatur, iudicem Patres duplēm offerunt primari-

P R A E F A T I O N

primariam & secundariam. primaria est ipsa unio hypostatica: secundaria: Associatio ad officium Mediatoris, tam ante, quam in ipsa gloria, & sessione ad dexteram Dei. Etenim quam verè natura humana in unitatem personæ suscepta, in eaq; Deitati unita hypostaticè est, & in eadem veluti pars quadam existit: tam necessariò sequitur adorantes hypostasin una & eadem compellatione, in ipsa persona complecti humanam naturam: Et sic D. Philippum Praeceptorem communem, beata memoria, iudico sensisse, cum ait: sit inuocatio directa non tantum ad naturam humanam, sed ad personam, qua est Deus & homo. Item fides nascitur hac persona, qua est Immanuel. Dicunt igitur Patres: Humanam naturam Christi in λόγῳ Deo: & propter λόγον Deum ipsi unitum inuocari.

Athanasius: DEVS VERBVM adoratur, ut qui homo quidem sit, quia nobis unitus: Naturā verò & essentiā sit Deus. Augustinus: Quia in Christo terra est, id est, caro, sine impietate adoratur. Idem, Dominicam carnem PROPTEREA adoro, quod à Diuinitate susceptra & Deitati unita est, de sermo. Dom. Idem, In Christo Domino humanitatem non solam & nudam sed diuinitati unitam, si quis adorare contemserit, eternam mortis pñnam patietur. Et in dicto supracitato: adorat illum cuius scabellum est propter quem adorat.

Cyrillus. caro non ut hominis, sed ut Dei adoranda: Anathematif. 8.

Damascenus. Adoratur caro in unitate Dei Verbi, non propter semetipsam, sed propter unitum ipsi secundum hypostasin Deum Verbum. lib. 4. cap. 3.

Idem. caro secundum suam naturam non est adorabilis: adoratur autem in incarnato Deo Verbo. Atq; sic Patres de prima causa scribunt, qua est τὸ λόγος ἐν σώματι. Quam ipsam Cyrillus in Apol. illustrat similitudine Patribus in arguento incarnationis familiariter: Verbum, ait, Dei utpote nunc existens filius non abs sua carne, sed cum illa potius adorandū quemadmodum felicer estiam hominis anima cum suo corpore honoratur.

P R A E F A T I O.

una autem appellatione, quod ex utrisq; constat, significatur animal, (puta homo) Eadem pluribus verbis repetit commentator Damasceni: permulta, inquit, sic inuenias in rerum natura, qua per se talia non sunt, coniuncta tamen alteri propriis ipsum sunt talia. Nempe corpus humanum, si ipsum nudum & anima desitum intelligas, neq; animatum est, neque viens propter animam autem, cui coniungitur, vita fontem & originem, vivificatur corpus & vegetatur, & quamdiu fuerit anima compactum, Viens dici debet & vegetum. lib. 4. cap. 3.

Ad alteram causam quod attinet, qua (ut dictum est) pendet à prima, hoc est, unitate Personæ: Consistit ea in societate officij Mediatoris Christi, in cuius partibus obeundis, ut una Personæ, secundum viramque naturam cooperantem, una est adoratio Dei audienti: Sic etiam adorationis honor uni Personæ habitus, utrinq; natura in ipsa persona est communis. Intelligatur autem hoc de cultu adorationis, qui Christo tam humiliato in

Patres à his terris fuit exhibitus à suis, quād de eo, quo sedentem additio-
sessione Christi ad dexteram patris, fidèles prosequuntur. Verūm hic similitendum
Patres à sessione ad dexteram Dei duplex argumentum pro ado-
dexteram ratione ovariis Christi ducere. Vnum, quod sic declaratum sit po-
Dei duplex argu- tenter, hanc carnem esse Dei Verbi carnem & accepisse nomen
mentum adoratio- quod est supra omnem nomen, ut scilicet cum Verbo vocetur Deus,
nis ducunt quemadmodum locum Philip. 2. disertè sic explicat Athanasius
contra Apollinarium: Et de dicto: Omnia mihi tradita sunt &c.
In eandem sententiam loquitur Theodoretus. Illud Corpus ses-
sione ad dexteram Dei dignum habitum, & ab omni creatura adoratur, ut quod appellatur corpus Dei. Alterum quod haec pu-
sona sit Caput, Rex & Sacerdos Ecclesie aeternus, secundum hu-
manam quoq; naturam, quapropter ea Deitati hypostaticè uni-
ta est, ut, quemadmodum ante exaltationem in opere redemptio-
nis consummando: ita post eam in gloria sit socia collectionis, gnu-
bernationis, protectionis, conservationis & futura glorificationis,
Ecclesia, de quo inter caeros Athanasius. Quomodo corpus
Domini non esset adorabile, cum λόγος manum suam corpora-
lem ex-

P R A E T A T I O.

lem extendens sanauerit febricitantem? vocem humanam e-
dens, excitauerit Lazarum: manibus in cruce prætensis, prin-
cipem aëris prostrauerit? &c. Orat. 2. contra Arrianos.

Nazianzenus, Adoratucaanspendentem in cruce, & mor-
tuum in sepulchro iacentem, &c. Orat. 2. de Paschate.

Augustinus: Humanam naturam exectam super omnes
choros Angelorum ad dexteram Dei Patris laudant Angeli, ado-
rant dominationes. Meditat. cap. 15.

Theodoretus. Corpus dominicum diuina glorificatum gloria,
& celestibus potestatisibus adoratur.

Damasenus: Nemini dubium est, quin caro ex materia con-
sistat & creaturæ sit, sed materiam illam in Christo, per quam sa-
lus mihi parta est, colo, veneror, adoro, non tamen ut Deum, sed
ut actione divina & gloria plenum. Orat. 2. de Imag.

Ex quibus liquet (ut arbitror) quibus de causis ex sententia
Patrum caro Christi pio & religioso cultu adorationis sit affici-
enda. Restat tertium ex ijs qua affirmant ab ipsis præcipue do-
ceri de proposita questione: Quomodo scilicet, caro Christi in
Personatè λόγῳ rectè inuocetur. Hic igitur duos hosce limites
illi ponunt: quorum alter ab adoratione humana natura in
Christo orthodoxa, COAD ORATIONEM. Nestorianam summo-
neat: alter naturarum ex aquationem Eutychianam ab eadem
exterrimat. De viroque sancti Patres non minus quam de ce-
teris distinctè & explicatè differunt. Primum, quo unitatem
Personæ in inuocatione moneant conservandam: aliquando per-
sonam, nonnunquam Naturam cum persona nominant: saepe
particularis adiiciunt, quæ uno eodemque honore utramque na-
turam in una persona colendam declarant, cuiusmodi sunt: Ver-
bum incarnatum: caro & corpus Domini; Verbum Deus, unus:
non alius & alius; una ἀταρεῖα: Deus & homo: Christus cum
sua carne, adorandus; Et quæ sunt generis eiusdem, quemadmo-
dum videre est, in plerisque, quæ modò adduximus patrum di-
ctis. Et in his Athanasij: Deitatem, quæ humanitatem assu-
xit, adoramus, non separantes eam ab humanitate. Dial. 5. cap. 28.

P R A F A T I O.

Idem. Incarnatum Dei Verbum adoramus.

*Augustinus. In Christo perfectam humanitatem sic adoro,
ut non alium & alium, sed unum & eundem Deum & homi-
nem confitear. &c.*

*Theodoreetus. Assumpta è nobis natura EIVSDEM HONO-
RIS cumeo, qui assumpsit, est particeps.*

*Cyrillus. Non tanquam Deo coniunctum, qui qualitate di-
gnata sit diuisus substanijs, cum ipso adorari dicimus hominem
&c. sed unum adorandum factum HOMINEM ET INCAR-
NATVM DEI VERBVM.*

*Idem. Adoratione non est diuidendus in hominem seorsim
& Deum seorsim. VNVM FILIVM adorabat cœcvs à nativita-
tesua &c. cui se Filium Dei Christus corporeum demonstrabat.*

*Idem. Vides quod SINGVLARI numero utatur, non per-
mittens DEVUM ET HOMINEM seorsum intelligi. Imò vero &
siquis hominem nominauerit Immanuelē significauit minime
communem hominem, sed DEI VERBVM ADVNITVM nostranatu-
ra. Et mox. Si hominem cum DEO COADORARI dixerimus, dis-
sionem spatioſissimam inducēmus. Duarum enim personarum
significationem inducit præpositio præposta verbo.*

*Damascenus. Filius Dei incarnatus adoratur una adoratione
cum sua carne conglorificata, lib. 4. cap. 2. Idem. Adoro Christi
ſimul utrumq; propter carni coniunctam, conunitamq; diuinis-
tatem & unam personam confiteor Dei Verbi, &c. carnis eius.
Idem autem lib. 4. cap. 1. Verbum συμπεστικων non de duplice
adoratione intelligit, directa ad duas personas, sed de uno ado-
rationis honore, qui humana natura in una persona verbo Deo
unita, cum Deitate τῆ λόγῳ communis est.*

*Quare viramq; naturam Christi una lætacō adorandum
religiosa vetustas demonstrat: contrā omne id recitat, quod du-
rum in Christo Personarum cultū sapit. Cuiusmodi est hoc; Deum
& hominem alium atq; alium conglorificandum. Quamobrem
id vero? Quod talis cultus duo obiecta, qua fides immediatè &
seorsim intucatur, ponit, sicq; duas personas constituit coadoran-
dū.*

das. Hinc Cyrillus. Recusamus autem & hoc, ut de Christo quisquam dicat, propter eum, qui hominem induit, eum qui induit, est, veneror: propter invisibilem adoro visibilem. Praterea horrendum & hoc est, ut dicamus, qui assumptus est, una cum eo, quod assumit, Deus dicitur. Hic Cyrillus formam loquendi in concreto pro abstracto de natura assumta, ut Nestorianā, improbat: & planè execratur adiectam præterea voculam, unā, addens, Qui namque ad hunc modum loquitur, iterum Christum in duas partes dividit, & hominem separatum seorsum, et Deum similiter statuit. Sine controversia namq; unitatem negat, secundum quam non alter simul adoratur, neg, simul Deus dicitur cum altero, sed unus intelligitur Christus Iesus filius unigenitus, qui una adoratione propriacū carne adoratur. Tom. 4. Epist. 10.

His ergo & similibus à Nestorianā naturarum diuulsione diligenter cauendum precipiunt. Ex altera vero parte cum Eulogiana & confusione occurrentem vident; omnem rationem adorationis ad unionem personalem referunt, & ita sentiunt; ut unio hypostatica non tollit naturam differentiam; nec una eadem actio Christi Mediatoris Dei aequaliter easdem exequatur: Et exaltatio gloriam carni addidit, veritatem naturam non abstulit: Sic unus idemq; cultus in persona τε λόγου: uni Christo: uni capite gloriose habitus, creatori creaturā intimā honoris eiusdem societate coniungit, seruato simul hoc aeterno discrimine, quod Deitatis τε λόγου immediate proprie & per se: humana autem Christi natura mediate, puta in persona τε λόγου unius (ut supra indicatum) veluti pars est inseparabilis, adoratio competit non proprie nec per se simpliciter, sed τῷ τοῦ Θεοτητοῦ λόγῳ, i respectu Deitatis, ut scribit Athanasius Dialog. 5. c. 23. De quo videatur locus eiusdem Dialogi de Trinit. cap. 28: & Damasceni lib. 4. c. 3. supra ex parte annotatus, & in fine Isagoges plenius recitatue. Quæ quidem de Patrum orthodoxo consensu in quaestione de adoratione carnis Christi lectorem imperitum præmonuisse satis sit. Reliquum est, ut uno verbo subijcam Corollarium quod ex iheribius Hunianis consequitur & veri corporis Christi præsentiam in Cœ-

P R A E F A T I O.

thes. 40. in cœna Spiritualem planè confirmat: corporalem verò seu esse
183. 184. 196.
203. 294. & tialem prorsus conueltit. Sic igitur argumentor.

206. 1. Quod adest in Cœna essentiali præsentia sua, idem per se &
proprietate sua essentia est ubique.

Corpus Christi per se & proprietate sua essentia non est ubi-
que.

Corpus Christi non adest in cœna essentiali præsentia sua.

Item sic :

2. Natura finita quæ tantum in & per infinitam personam est ubique , non est essentiali sua sed spirituali præsentia in cœna, vbiunque illa celebratur. Corpus Christi est na-
tura finita, quæ tantum in & per infinitam personam est ubique.

Ergo,

Corpus Christi non est essentiali aut corporali sua sed spiritu-
ali præsentia in cœna , vbiunque illa celebratur.

Quæ altera sit mea conclusio, quam ex thesibus D. Hunij bona
consequentia exstructam, omnino cū vera & salutari præsentis
corporis Christi in Cœna, conuenire sentio.

Quare D. Hunius insimili & perspicua veritate mecum , si
placeat, & à se ipse non dissentit , acquiescat , & sicut bene ce-
pit, progredi quam regredi malit in retexendis & corrigendis
ijs, quæ in controuersia de corporis Christi corporali præsentia
Cœna Domini, & de Persona & plerisque partibus officij Christi
contraria analogia fidei, & orthodoxo Ecclesia consensu ab ad-
uersarijs dicta & scripta fuerunt. Dominus Iesus pro misericordi-
voluntate sua Spiritu dilectionis, modestia , & sana mentis effi-
ciat, ut in veritate sanctificati, unum in ipso esse uicem studia-
mus, & vera concordia quam discordia cupidiores idem sentia-
mus, & loquamur, omnes ad gloriam nominis diuinum, &
sinceræ veritatis propagationem & de-
fensionem. &

E R R A T A S I C C O R R I G I T O.

Pag. 14. fac. b. lin. 26. pro erexit, leg. euerit. p. 22. l. 12. pro tertio sacra, leg.
lectio sacra. p. 33. f. b. 1. 6. pro ferri leg. ignis. p. 40. l. 5. sed leg. seu. ead. pag. f. b.
l. 5. pro euđenq. leg. euđenq. pag. 57. f. b. 1. 3. pro ex leg. & p. 62. l. 15. pro patris
leg. patrem. p. 65. l. 9. pro scripturas leg. scissuras.

D E S C R I P T I O V N I O -
N I S P E R S O N A L I S I N C H R I -
S T O & breuis eius explicatio.

Quid est unio hypostatica in Christo?

VNIO HYPOSTATICUM IN CHRISTO EST, QVA 19
æternus Dei filius assumit corpus & animam
rationalem, vel vt scriptura dicit, carnem ha-
bentem omnes vires & appetitiones humanæ
naturæ proprias, sine peccato, non solùm inse-
parabiliter, sed etiam inconfusè, & ita ut Dei verbi & natu-
ræ ab ipso assumtæ, sit una hypostasis. Iohann. 1. Philip. 2.
Hebr. 2. Matth. 16.

Declaro, qui sit una hypostasis filij Dei &
naturæ humanæ, quam mirando fæ-
dere ille sibi uniuertit?

Filius Dei non desit esse hypostasis, neque cœpit esse hy-
postasis seu persona, quando naturam humanam assumit.
Nam ille est æterna hypostasis: Neque natura humana vel
antea fuit hypostasis, vel tunc cœpit esse hypostasis. Sed qui
antea tantum diuinæ suæ naturæ fuit hypostasis, tunc & hu-
manitatis cœpit esse hypostasis, & massa naturæ humanæ
in utero virginis ab ipso assumta, in Deo Verbo tunc de-
mum ac primum subsistere cœpit. Itaque Petrus interroga-
tus Matth. 16. quem discipuli dicant esse filium hominis,
respondet esse filium Dei viuentis. PROPTER hanc pro-
fessionem Simon dictus est Petrus, & eadem Ecclesiæ fun-
damentum & rupes immota & portis inferorum firmior
prædicatur ab ipso Christo, & sapientia ab æterno patre
patefacta, & ipsa vita æterna. Et hinc sunt receptæ locutio-
nes, filius matris virginis est filius Dei seu Verus Deus. Ho-

A

EXPLIC. DESCRI. VNIO. HYPO.

mo est Deus: Et filius Dei est filius hominis, seu Deus est homo: Virgo mater est Deipara: quam propositionem negabat Nestorius: Cyrus ad Successum Isauriae Episcopum.

Quomodo confirmas illā unionem hypostaticā
duarum naturarum in Christo?

Thom.
partie
q. 16.

Quod siue Deus, siue homo dicatur, semper supponit utriusque naturae hypostasis, ut loquuntur Scholastici. Ideoque omnia, quae sunt propriadiuinæ naturæ, de homine illo tanquam hypostasi diuinæ naturæ dicuntur (quando humanæ naturæ nulla propria est hypostasis): Et rursus quæ sunt humanæ naturæ propria, de filio Dei seu Deo dicuntur, tanquam de hypostasi humanæ naturæ (quoniam in Deo Verbo subsistit) quæ est communicatio Idiomatum. Testimonia scripturæ annotantur in response ad Th. 28.

Cur ponitur in descriptione particula
inseparabiliter?

Sumitur hæc particula ex Symbolo Chalcedonensi, in quo opponitur Nestoreis, qui negabant Dominum gloriam esse crucifixum: Hoc est, diuellebant Christum in duas personas, & tollebant Communicationem Idiomatum & Unionem hypostaticam, quantum in ipsi erat. Non enim ignota est illa vox Nestorij: Noligloriari Iudeæ, non enim Deum, sed hominem crucifixisti, & Iba Edeffeni ut scribit Liberatus de causa Nest. C. 12. Hodie Christus factus est Deus, Item, Non in video Christo facto Deo, quoniam si volo, & ego fieri. Itaque cum non agnoscerent unam esse utriusque naturæ Christi hypostasin, etiæ Idiomata Communia esse negabant. Quare non tantum diuinitatem sed etiam Deum passum esse negabant, contra illud Apostoli 1. Corinth. 2. Si Dominum gloria cognouissent non crucifixissent.

Cur ponitur in descriptione particula inconfusa?
Opponitur hæc vox in Symbolo Chalcedonensi Eutychis

theis, qui naturas duas Christi confundebant. Delapsi enim ad contrariam Nestoreis hyperbolam, aiebant non tantum Deum, sed etiam diuinitatem esse passibilem & mortalem. Quasi verbum factum esset carneum, hoc est diuinitas conuersa esset in carnem, vt & hodie multi idem dicunt, & præterea, naturam humanam esse omnipotentem, quasi & Caro facta sit Verbum, id est, caro mutata sit in Verbum. Quare ut Nestorei, quod factum est negabant, Sic Eutychei, quod non factum est, fingeabant, & sic utriusque unionem personalem soluebant, illi non agnoscentes unam utriusque naturæ hypostasin, hi contendentes etiam humanam Christi naturam ex eo allatam esse, ut Vigilius lib. 3. cap. 1. testatur. Et Leo Epist. 10. cap. 5. non expauescentes sententiam beati Apostoli & Euang. Iohannis, dicentis 1. Ephes. cap. 4. *Omnis Spiritus, qui confitetur Iesum Christum in Carne venisse, ex Deo est, & omnis Spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus.* Quid autem est soluere Iesum, nisi humanam ab eo separare naturam, & Sacramentum fidei per quod unum salvati sumus, impudentissimæ evanuare fragmentis. Hac Leo.

Separantur naturæ, cum negatur humanitas Christi esse omnipotens & di-

uinitas passa?

Respondeo. Minime. Sed scripturæ distinguunt pro-
prietas, quoties de naturis est sermo, & cum explicande sunt propositiones, quæ dicuntur per communicationem Idiomatum, & earum similes, vt *Christus mortuus est & passus carnis, vivificatus Spiritu, Crucifixus ex infirmitate, uiuit per potentiam Dei. Si est Dominus David, quomodo filius eius est. Infert Theodor. Ergo secundum aliud Dominus secundum aliud filius. Iesaiæ 9. Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis.* His, si qui separari naturas Christi dicunt, vel horum similibus, scripturam separare naturas Christi dicunt. Est hominis eruditio officium, non requirere maiorem certitudinem

Videatur
reponsio

ad The. 28.

81. 87. 88. 89.

go &c.

EXPLI. DESCRIPT. VNIO. HYPO.
quam pro rei natura, Et honorarios arbitros esse oportet
hos, qui de veritate castè & integrè iudicaturi sunt, non di-
sputatores contrarios. Cetera videantur in sequentibus.

Confirmatae testimonij Orthodoxæ antiqui-
tatis, quædicta sunt de unione hypo-
statica in Christo?

Vigil. lib. 2. cap. 3. inquit: Verbi & carnis est una eadēque
persona. Item, Persona Verbi in carne est, & persona carnis in Ver-
bo. Boëth. ca. 5. de duab. nat. & una perso. Christi: In eadem
hypostasi idem Deus est homo. Si hominem intelligas, idem homo
est atque Deus: Quoniam homo est natura, Deus assumptione. Si ve-
rò Deum intelligas, idem Deus est atque homo: Quoniam Deus est
natura, homo assumptione, sitq; in eo gemina natura gemināque
substantia, Quoniam homo Deus, unaque persona, quoniam idem
homo atque Deus. Damascenus lib. 3. cap. 9. Ipsius Verbi hypo-
stasis utriusque naturarum hypostasis existens nullam insubstan-
tem esse permittit, neque alterius esse hypostaseos, neque quando-
que quidem huius, quandoque vero illius, sed semper utriusque in-
divisibiliter & inseparabiliter est hypostasis, &c. Anselmus de
incarnatione Verbi: Quemadmodum pater est Deus, & filius
est Deus, & Spiritus S. est Deus: Ita in Christo Deus est persona &
homo est persona, nec tamen sunt duas, sed una persona, &c.

D E HYPOTYPOSIS A na dictio[n]is custodienda.

In primis in doctrina de Invocatione
filij Dei, Domini nostri Iesu Christi.



Xemplar sanorum verborum Paulus Timothe-
um tueri iubens, omnes ciues sanctorum & do-
mesticos Dei idem iubet. Multi enim fidei nau-
fragium fecerunt, qui illud neglexerunt. Nam
ver-

verborum licentia, etiam de rebus, quæ his significantur, impiam
gignit opinionem, ut Augustinus ait. Quamobrem gloria Dei,
& salutis nostræ cardo ea in re non tenui ex parte versatur, &
de ipsa non nihil nos meditari & commentari operæ preti-
um est. Audiuit discipulus magistrum, Episcopus Aposto-
lum, Imò non modò Timothéus, quod præceptum fuit &
ab electo Dei organo prestari vidit, ut re ipsa Timotheus es-
set, sollicitè obseruandum sibi putauit, & obseruauit, sed &
superior & illa ipsa ètas, & quæ secura est haec tenus similibus
exemplis abundat. Videmus etiam multos bonas horas im-
pendere causis parum bonis & morbo putri languidis, &
quidem ut illas, non sapientibus sed insipidis ac pestilenti-
bus, (ea est peruersitas & insania proh dolor) pharmacis
commentent. Et eò rectius proposito vtili operam da-
mus. Ad quod ne accedamus importunè, communia quæ-
dam omnibus ministerijs præmittamus, quæ inter se cognati-
tione quadam continentur & affinia sunt. Non enim po-
titorum causa, inferiora contemnenda, neque his illa post-
ponenda sunt, sed suis utrisque locis tribuendus est. Qui-
bus suis enim bonis diuinitus concessis, vt suo ordine fas est.
Sed ceptum prosequamur. De quacunque re quis commo-
dè loqui velit, eius iustam cognitionem habere ipsum o-
portere extra controuersiam est. Nam de re ignota bene di-
cere nullus potest. Quamobrem Apostolus requirit Episco-
pum tenacem sermonis fidelis, qui est doctrina diuinitus
patet facta & Ecclesiæ tradita, ut dicat utilia gregi suo, osci-
lantes ac remissas ouiculas excitet, & lupos nocturnos, gre-
ibus obambulantes terreat & arceat. Ita Thucydides in vi-
vo politico requirit τὸν νοῦν τὴν δέοντα, quæ est iustorum iniu-
storumque distinctio ad illam antiquissimam & rerum o-
mnium principem expressa naturam. Eòdem pertinet no-
ticia etiam aliarum rerum, quæ sunt in vita ciuili necessarie.
Itaque qui operas doctrinæ publicæ de Deo, officijs virtu-
tum & natura rerum seriò curant, hodie etiam commen-

dant ac committunt eas hominib. copia scientie tantarum
rerum instruclis. Quare non de alijs rebus, nisi que vere sunt,
oratio plana esse potest. Et commune est omnibus ministre-
rijs, vt res, de quibus dicendum est, sint probè perspecte ac
cognitæ. Quemadmodum & illud, vt expositus animi
sensa, sit predictus dexteritate declarandi viua voce vel scri-
pto, que animo concepit ac circumfert. Quare, vt thefa-
ri terra defossi & occultæ Musices, iuxta vetus verbum, nulla
est vtilitas: Ita vel acutissimè cogitatis nihil ad modum ad
communem vtilitatem fructumque adferre possunt, qui ea
exprimere verbis aptis & significantibus saltem, si non co-
piosis atque ornatis, nequeunt. Quamobrem ~~didicimus~~
esse Episcopum vult Apostolus, id est, idoneum ad commu-
nicationem doctrinæ dicendovel scribendo, vel utroq; vt &
Thucyd. in Cive bono requirit τὸ Φράζεν δύνασθαι τὸν Γέρνα
καλῶς, id est, vt satis dilucide & acute apud mediocres homi-
nes ex cōmuni quadam hominū opinione expedire possit,
vel doctrinā vtilem vel prudens consilium, vel simile quid-
dā, quod Reipublice interest. His bonis, que in alijs maiora,
in alijs minora sunt (nō enim paria sunt ingenia & studia) v-
titur Deus in collectione & gubernatione & conseruatione.
Ecclesiæ & generis humani, quemadmodū in muro stru-
ndo lapides grandes medios & minutos faber assumit omnes,
& vtiliter locat. Sed de his plura nūc cōmemoranda nō sunt.
Ceterum dicendi vel scribēdi aliqua facultate predictos (se-
tē enim illa duo coniuncta sunt) grauioribus doctrinæ & sci-
entie studijs excolere & expolire illa bona debere, velex hoc
intelligitur, quod, vt in parabola de talento Matth. 25. do-
cemur, dona fiunt illustriora & excitatoria vsu, & lange-
scunt & extinguntur negligentia, tanquam neglecti agri
solum, quod in situ & squalore, vepribus & sentibus obduci-
tur. Nam de clarissimis Oratoribus quondam, M. Pisone
& Q. Hortensio, nifallor, accepimus, tantum eos amississe
ex dicendi gloria, quantum detraxerunt ex studio: Imò quid
genti.

gentilia commemororo , Apostoli miraculosam variarum
linguarum facultatem, lectione & exercitatione aluerunt.
Tum constat familiarem illum Dei discipulum & amicum
Mosen, eruditum omniscientia Aegyptiorum fuisse, id est,
cognitione historiarum, arte Medica & Astronomia , in
quibus ingenia summa omnium temporum præcipue elab-
orarunt. Quanquam ipsum sacerdi, se facilem & expeditum
minus esse ad proloquendum animi cogitata , & gubernationem
Israëlis propterea recusare legimus Exod. 4. At ex
co liquet, si alterutro illorum carentum sit, satius esse lin-
gua minus esse paratum ac promptum, quām veri perspicil-
entia, vt Ciceronis verbo vtar, esse destitutum. Qui verò
& hac excellere non possunt, nihilominus esse contenti sua
forte queunt, cum & mediocrum hominum operæ, quo-
rum semper plurimi sumus, fructuosæ sint, & Deus ipsis
consulat, & iisdem quoque vtatur, & aliquatenus prodire
satis est, si non vltra datur. *Ignauo enim & inertii esse ne-*
min per Deum licet. Sed quod grauissimus autor dixit, semalle
indisertiam prudentiam, quam stultitiam loquacem, id etiam do-
cet, communicaturis cum alijs de rebus bonis, sedulò & o-
mni contentione hoc agendum esse, vt rerum fontes ani-
mo & memoria contineant, vnde efforescat & redundet
oratio, quā nisi subsit res a dicente percepta & cognita, inanem
quandam habet elocutionem & puerilem, ac ut Demosthenes dixit,
deridendam, & incondito artu tinnitu, qui aures obtundit & sur-
dastros facit, molestorem.

Actio. 4.

Hæc in genere de ministerijs quibusuis, quæ planam &
perspicuam orationem desiderant, attigisse satis sit, pro in-
stituto nostro. Nunc alijs omisis, ad illā metam via aperien-
da est in studio sacrarum literarum potissimum, quæ paulò
aliter, quām cæteræ liberales disciplinæ tractandæ sunt. Non
enim vt Arithmeticen à principijs ac notionib. nobis insi-
tis, quæ sunt Aristoteli *τεγυωδεχσον γρώσις*: ita & Euange-

lij doctrinam ordimur ac discere incipimus: Quemadmodum in hac ipsa, non ut in Physicis, experientiam demun assensio sequitur: Sed cum supra conspectum rationis omnium creaturarum posita, & à filio Dei, Domino nostro Iesu Christo, è sinu aeterni patris accepta & prolata sit, ante omnia de sublimitate sapientiae omnium saluberrimae reuerenter sentiendum, & cum seria inuocatione eterni scriptorum Propheticorum & Apostolicorum initium facendum est. Nihil enim Deo gratum & nobis atque alijs viile ac salvare sine ipso geri ac praestari potest in Ecclesia, vele extra eam, vt Christus Iohann. 15. & experientia locuples testis ipsa etiam confirmat. Et quidem Psalmus 119. formulam talis initij nobis prescribit istam: *Ab Domine fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & iustificationes tuas doc me.* Hoc autem studium omnium occupationum nobilissimum & liberalissimum, quantumuis in mundo spretum, admodum latè patet. Et facilius est aliquantulum eius amplitudinem, vt in rebus arduis sit, adumbrare, quam eidem industria diligentia nonnihil satisfacere. Nam cùm Prophetarum & Apostolorum doctrina Hebraicis & Grecis monumentis contineatur, ad considerationem phrasium, collationem Locorum, definitiones, distinctiones & consequiam iustum in argumentis intelligendam, quam Epiphanius *Ιεωρίας*, id est, speculationem dixit, fideli cognitione linguarum & ingenuarum artium opus est. Quæ res non est nullius negotij. Nemo enim sine sua opera postquam desierunt pleraque miraculosa *χαρισματα*, confirmata Euangelij doctrina, indeab Apostolorum aetate vel que vel artes liberales vel Hebraicas, Grecas & Latinas literas nouit. Maius autem hoc est, quod incumbit docentibus, integræ & incorruptæ doctrinæ, diuinitatem traditæ & inspirata conseruatio, sineulla mutilatione & dogmatis alicuius novi accessione, quod testimonij scriptutæ caret. Quamadmodum

rem inuestigatione testimoniorum Ecclesiæ post Apostolos opus est, & collatione comi & candida & docili cum alijs eruditis & serio pijs, & inuocatione Dei, vrantè di-
ctum est. Vnus enim vir non videt omnia, & doctrina de
Christo tota & sincerè tenenda est, vt significatum est ty-
pis paschatis, agno & panibus azimis. Haec tenus progressi,
deprauare aliquid calumniosè & affingere interpretationes
cum certis & perspicuis testimonijs pugnantes verentur, ac
doctrinæ, quam semel amplexi sunt, & veram atque immo-
tam esse statuunt, tenaces sunt & substantia & modo oratio-
nis, omniāque ad pietatem reuocant & caritatem, quibus
timor Dei, fides, patientia, & alia id genus virtutes & sancta
officia fouentur accrescunt.

Quæ haec tenus diximus, sunt quasi radices, quæ adhi-
bitis exemplis, vt perceptis fructibus, dulcescent & dele-
stant. Itaque accommodemus ea nostræ hypothesi, quæ
est: *Quod filius Dei, Dominus noster Iesus Christus, verus Deus &*
homo, una latria inuocandus sit. Sacris literis ita traditum ac-
cepimus. Neque dubium est id probè cognitum perspe-
ctumque esse oportere, volenti dere tanta alios erudire, &
oportere eundem illud exprimere & patefacere posse pla-
nè & perspicuè, si nequeat copiosè & ornatè. Causa vero
est ardua, superior iudicio rationis. Nec tantus cultus de-
xit rē ac sine errore traditur, innotescit ac præstatur, nisi filio
Dei per Verbum & Spiritum Sanctum docente mentem &
flestante voluntatem.

Quamobrem, qui illud agit, fretus promissioni-
bus Dei luculentis, ipsius opem implorat, & certus, quod
Deus agat per verbum, euoluit scripturam in proposito re-
tinendi vnicè, quæ voce diuina tradita sunt, & nihil cor-
rumpendi nequiter aut comminiscendi, quod pugnet.
Quomodo & cur, ita & non aliter loquatur de tanto arti-
culo considerat, pondera verborum expendit, testimonia
aliorum rectè docentium confert & vbi paraphrasi opus

DE HYPOTYPOSE

est, solicite cauet, ne plus vel minus dicat, quam est in verbis, quae enarrat.

Et quanquam suppeditatis illis omnibus ex sententia, in tali voluntate errare vix potest, tamen non detrectat, sed offert se ad conferendum cum alijs, ut confirmetur, cesserus si veriora & meliora audiat, & idem facturos sperans, cum quibus veritatem inuestigat, si ipse magis consentanea verbo Dei proferat. Aut hoc modo aut nullo alio, ut doctrinæ puræ integritas, ita phrasium castitas retinetur.

Oramus igitur æternum patrem Domini nostri Iesu Christi, ut misertus nostri per & propter filium vnigenitum erudiat nos de tanto cultu, & adiuuet ac regat nos Spiritu Sancto, ita eum ut explicemus atque præstemus rebus & verbis, quemadmodum is vult & patefacit in Scriptura. Videlicet deamus igitur hanc, ut debemus.

Acto. 7.

STEPHANVS protomartyr, appetitus & percussus lapidibus, ut moreretur, in agone huius martyrij sui appellans Dominum Iesum, verum Deum & hominem ipsum agnoscit, & certus quod sicut pater viuificet mortuos, sic & filius quos vult viuificet (quoniam ut dixerat se habere potestatem ponendi animam & recipiendi, sic eam deposuerat & receperat) animam suam ipsius curæ & præsidio, donec eam cum corpore instaurato rursus coniungat, commendat. Quin ergo yna latria Christum Deum & hominem inuocat?

Iohann. 20.

THOMAS quasi cæcus, dubitans & palpans idem facit, quando eum Dominum & Deum suum dicit, qui ante praeceperat, Creditis in Deum & in me credite. Videbatur enim ipsum propria vi & corpus exanime instaurasse & animam ab eo scmotam, illi rursus copulasse, & naturam assumtam, quam ne quidem in morte à sua hypostasi separauerat, legibus mortis exemisse & ab ijs immunem fecisse ita, ut omnibus imbecillitate ademta, ipsaque adeò mortalitate, omnia diuinâ maiestate plena relucerent.

Jeremie

IEREMIAE 33. dicitur hæc persona germen Dauidis & Deus IHOVA, qui iustificet inuocantes, det remissionē peccatorum & viuificet, quodque sic agnoscatur & inuocetur.

ISAIAS propaginem seu radicem **LESSAE** nuncupat, & perfugium fore gentibus vaticinatur, quoniam regnabit & propugnabit suos, seruans ministerium, quod ipsius trophæi insigne & vexillum est, & gloria ipsius a morte demum conspectio est. Itaque Stephanus annis circiter octingentis proptert, se conspicari ipsum stantem ad dextram Deitatem, id est, regnatem & propugnantem suos, quemadmodum etiam in ipso vincebat mundum, Quantumuis illi semini mulieris vel Abrahæ, nihil speciosum erat ante resurrectionem, ut radices ac fibrae stirpium horridæ sunt. Quæ est dissimilitudo regni Christi & virorum fortium in mundo. Nam illius gloria incipit, ubi horum splendor & decus intercidit ac euaneat.

In Epithalamio **SALOMONIS**, illum regem, quia psalm. 45 sit Deus Ecclesiæ, inuocatum iri prædicitur. Et fœdus eius cum Ecclesia sponsa arctissimum declaratur, quod huius decorum desideraturus esse affirmatur. Atqui iam tum inuocabatur, vt ab initio mundi & conditæ Ecclesiæ factum est omnibus temporibus, teste patriarcha **IACOB**, qui illum ducem & custodem itinerum suorum, & Angelum, id est, personam missam ad Ecclesiam, liberatorem & redemptorem suum agnoscens & celebrans, orat, ut idem nepotibus ac posteris suis benedicat, id est, salutem successus & prosperitatem tribuat. Est enim pater vita æternæ, ut Iesu inquit, qui sine principio & fine viuit, & dat vitam æternam, Verbum vita, secundum Iohannem dans diuina, id est, illustrans mentem & flectens voluntatem ut verum Deum cognoscamus & abolitis peccato & morte, restituantur nobis iustitia & vita, & dentur necessaria bona in hac vita iuxta Dei consilium & nostram utilitatem. Quare ut psal. 145.

Magnus Dominus & laudabilis nimis, dicitur aeternus Deus: Ita Paulus, Deum verum, Deum magnum vocat Christum, & Deum benedictum supra omnia. Et autor Epistolæ ad Hebr. transfert ad filium Dei post incarnationem quod Psalm. 96, de IEHOVĀ dicit: Adorent eum omnes angeli. Quemadmodum quod Iohann. 5. legitur, Omne iudicium traditum filio, ut honoretur sicut pater, ad illud iudicium venire IEHOVAM Psal. 96. testatur.

Hæc & alia id genus testimonia, quæ omnia hic recensere non est necesse, confirmant à Prophetis & Apostolis esse traditum: Quod Mediator Immanuel iuuocandus sit iuxta hoc quod *verbum Caro factum est*, vt Synodus Ephesina pronunciat, vna latræa: Et quod hic honor ei tribuatur, quia *est verus Deus, qui solus iuuocandus est*, Quemadmodum & operæ omnipotentiæ, quæ illi assignantur ostendunt, vt resuscitatio propriæ carnis & aliorum mortuorum, remissio peccatorum, iustificatio, liberatio ab omnibus maliis, omnium bonorum communicatio, quæ ad felicitatem & salutem aeternam pertinent. Etsi igitur iuuocatur ille homo semper virginis matris filius quia verus Deus est: tamen aliud est loqui de vera & propria causa iuuocationis, aliud de obiecto seu termino, vt loquuntur ad quem tendit & fertur iuuocatio. Quæ non miscenda sunt. Id enim si sit, res expedita & facilis, intricatur & difficilis redditur. Vnde quise extricare nequeunt ad absurdâ & blasphemias prolabuntur. Itaque rectius mei Præceptores, quam plerique alij, quos legi, haud dubie dicunt: *Quod honor adorationis non respiciat hanc vel illam naturam, sed simpliciter hypostasin substantiem*. Nam semper hypostasin nominant Apostoli & Prophetæ. Ac vbi vel hi vel sinceraij scriptores mentionem naturæ humanæ faciunt, semper ad ipsam hypostasin vtriusque naturæ reuocant & digitum intendunt. Adhæc uniuersaliter, vt actiones, sic compellationes sunt suppositorum seu hypostasewn. Quod cum non considera-

derarent Nestoriani, cōmenti sunt prēterlatiani, qua Christum vt verum Deum afficiebāt, (quam Θεος ἐβολανον vocabāt) & ὑπερδιάλειων qua humanam ipsius naturam maiore honore quām alias creatureas prosequerantur. Hoc cum parū esse videatur nostris aduersarijs, qui similiter animum prēter duas Christi naturas distrahabunt, humanam naturam, prētextu eo, quod hypostaticē vñita est Deo Verbo, etiam omnipotentem, omnisciam & omni prēsentem esse, & propter ea cōdem inuocādā quoque esse comminiscuntur, vt numerosę Theses, quas refellemus, Deo iuuante, demonstrant. Quę incommoda quia declinamus, si cum scriptura, quę est oīn@ φίλ@, oīn@ ἀγαπ@ sentimus, loquimur, facimus, habitamus: non videmus nobis dubitandum esse, quin illa sit vera, de vna Christi Dei & hominis latrīa, & perpetua Ecclesię doctrīna, quam hāc tenus persecuti sumus, & vel in paucis illis testimonijis, quę recitata sunt, sat esse verborum, quibus homopius & modestus acer sine perulantia & verecundus absque inertia vtatur, & quę imitatione effingat & exprimat in Christi inuocatione, ne vel falso honorem ipsi afferat, vel verum non tribuat: Attamen meliora docentibus cedere non recusamus, modò sint meliora. Sed preces nostras irritas fuisse, & verbo Dei falli nos possemus existimamus. Nec, quod scimus, lapsi ratiocinando sumus. Ceterè vt esset sermo Dei clypeus purgatus credenti, nihil addere vel detrahere, sed simpliciter eloquium Dei purum sequi nos studio habuisse nisi appareat, increpari & mendacis crimen subire & audire non recuso, & si qua alia grauior corruptelis tantæ causa pana debetur.

Aduersarius veritatis indulgens ac seruiens humanis persuasionib. contrarium iter ingressus, aliena prorsus à vocatione inuina non efficere non potuit. Quandoquidem omnino ita faciendum sibi putauit, quamvis aliud, vt mercibus ipsius malis opus est, prē se ferat. Vbi enim fatetur Deum solum esse omnipotentem, omniscium & omni prēsentem, & eundem

DE HYPOTYPOSI

solum esse inuocandum, falsum esse palam ostendit, Quod Christus etiam, quā homo est, sit omnipotens omniscius & omnipræsens, & propterea quā homo est, inuocandus. Et tamen contra verbum Dei & illam suam asseuerationem, de Inuocatione Christi eò etiam, quòd quā homo est quoque sit realiter omnipotens, omniscius, omnipræsens farraginem ineptarum & impiarum stropharum coaceruauit, quibus commentum suum approbare & verisimile reddere credulis & incautis operosè molitus est. Sed nihil aliud consequitur, nisi vt affluente copia blasphemiarum & mendaciorum & fallacium conclusiuncularum magis magisque destruat, quod construere sibi præclare videtur. Quamobrem per quam absurdus est, quòd de re quam nescit & perpetuò nescire se prodit (nam mendacium est ακαλάλητον) contendere vitilitigare non erubescit. Estque oratio, quam fundit, maxima ex parte flexiloqua & obscura, ac secundum Apostolum βέβηλον κενοφωνία, id est profanus de rebus nihil clamor, continens simul μωρας χ. ἀπαιδευτες ζητίσας, hoc est, stultas & inperuditas quæstiones, ut quam mollissime dicam,

Non igitur in hac re cum metu & reuerentia atque seria inuocatione Dei sacras literas adire, non inde inuocationem Iesu Christi puram addiscere, non ad hoc institutum suum titè linguarum & bonarum artium cognitionem adhibere voluit ac potuit. Non ille sibi incumbere putauit hanc curam, vt bona fide custodiret tanquam magni pretij depositum & thesaurum, puram Euangelij hac in parte doctrinam. Non is exemplar sanorum verbum sollicitè obseruandum sibi putauit. Omnem sacrarum literarum & doctorum Ecclesiæ, qui illas sedulò secuti sunt, autoritatem contempsit. Nullam enim, vt debuit, hoc est, non fallaciter protulit, nisi vbi seipsum interdum & præsertim initio, refutauit. Sub finem, nos, qui idem facere veremur, accusat & turbarum causas dare nostra pertinacia ait, & superbiae nos insimulat, quòd cum rectè sentientibus (qualis est ipse cum com-

complicibus) non conferamus, vt iporum similes fiamus,
& restituatur pax & concordia distractis Ecclesijs, & nescio
qua alia blatit. Etsi autem coloribus illis, veritati longè
minus, adimit, quām si glutino fracta ouoru putamina sar-
ciret & compingeret, & ijs munitissimam aliquam arcem
expugnare inani & deridendo conatu laboraret : tamen
quod valde dolendum est, multos credulos & incautos fasci-
nat & dementat, & notaui numerorum characteribus Theses in-
ter has, plurimas, quas in Confessione sua Illustrissimis quatuor
Hasta principibus, exhibere non est veritus, & earum particulas
spargit scriptas, & in pulpito ac pro Concione sape repetit cum
HALFRICHO, qui aliquando audientibus multis doctissimis &
optimis viris asserebat, Christus ist ein Menschlicher Gott vnd
ein Götlicher Mensch / quasi caro facta esset Verbum, & Verbum
factum esset carneum, & defendit hoc, interpellatus inter cetera
quod etiam Plato diceretur diuinus homo, sed de his hactenus.

Quia vero ad faciendas blasphemias nomini diuino,
nemo; ad propagandam vero atque propugnandam salu-
tatem ipsius notitiam, omnibus mundi opibus potiorem,
conditi & vocati sumus omnes; etiam conferendi causa
cum aduersario, vt desiderat sub finem suæ telæ, Isagogen ad
analysis seu enodationem deliramentorum ipsius, me, ad-
hortantibus amicis adornasse, non vehemens piaculum esse
arbitror, præsertim cum animaduertam ex interuallo mul-
torum annorum opposita esse solidæ & immotæ doctrinæ
de Inuocatione Domini nostri Iesu Christi, quam præce-
ptores mei quondam VVittenbergæ ex fontibus limpidis
Iſraēlis haustam asseruerunt. Me bene cupere omnibus, si
res ipsa non loquitur, verbis vincere non postulo. Si idem
facerent qui nobis aduersantur, & ante hoc tempus & ad-
huc alia voluntatis ipsorum fuissent, ac essent documen-
ta, quām (prōh dolor) in medio sunt & in manibus omnium
versantur.

DE TITVLO THESIVM ET

Dies ætatis nostræ, quæ vicina est fini schematis mundi, mali sunt, ac subinde alia calamitas ex alia incidit in Ecclesia, cui senectus illa, quæ per se satis mali est, non venit sola. Itaque oramus te Domine, redemptor & pater noster ab initio, adiuua tu propitius nos per & propter filium tuum, Dominum nostrum Iesum Christum, qui solus ac unus ærumnosissimas difficultates & difficilimas æruminas nostras intelligis & consideras, easque vel tollere, vel leuare, pro bonitate tua & ex re nostra soles ac potes, ut in hac misera & cœduca & tandem in beata illa & æterna vita, quæ sola est vita nominanda, te grati celebremus, & verissimorum bonorum tuorum copia perpetuò fruamur ac letemur.

DE TITVLO THESI-
um & modo Isagoges.

INSTITVTO afferendi veram Dei & Christi (qui est verus Deus & verus homo) iuuocationem, & refellendi Idololatricam sanctorum, procul dubio nihil magis Deo gratum & humano generi est frugiferum. Nam Deo maximè placet is cultus, qui non est, nisi ubi fides in Christum seria & non simulata viget. Et idem pijs est aura & portus salutis, vt Ioëlis. 2. dicitur: Omnis, qui iuuocauerit nomen Domini, saluus erit. Ac redarguerem contradicentes iubens Apostolus, omnibus, quise Christo dicarunt & diuinitus instruti sunt rerum cognitione & aliqua explicandi facultate, illud præcipit. Quamobrem, ubi quis tantis causis motus, tem tantam suscipit & agit, non is exiguum bonum orbi Christiano præstat. Deo verò optimo maximo, hostiam spiritualem, quæ est ipsi odor suavis, offert. Hoc Rhapsodo illarum Thesium maximè cordi ac propositum & ab eo factum fuisset, vehementer quidem optari potest. Nam ita citra controuerstam de-

de Ecclesia Dei optimè meritus esset, ac propterea in omni
æternitate fulisset ac præmijs diuinis abundasset. Quid?
quod & nos in præsentia ipsi multum debuissimus. Sed
exflammafumum, quām exfumo dare, in retanta lucem maluit.
Quod admodum triste & horrendum est.

Quanquam enim solum Deum inuocandum & so-
lum Deum omnipotentem, omniscium & omnipræsen-
tem esse iuxta scripturam fatetur: tamen a scriptura & hac
sua affueratione discedit ac dissidet: Quod Christi huma-
nitatem, omnipotentem, omnisciam & omnipræsentem
quoque esse, & ideo etiam inuocandam esse autumat,
hanc **I N V O C A T I O N E M** **C H R I S T I** potissimum nomi-
nat: Quæ cùm ita opinetur: quia peperit virgo mater fili-
um Dei, qui quā homo est, non est omnipotens, omniscius,
omnipræsens, sed caro de carne nostra & osex ossibus nostris,
Et aduersarius non audet affirmare palam, quod Christus,
quā homo est, sit Deus & filius Dei, non de **I N V O C A T I O-**
N E **C H R I S T I**, qui est Deus & Homo, sed quem faciunt
hæretici ex Deo & homine nescio quid tertium, ut Fabadi-
us queritur, vitilitigat. Scriptum quidem est. Qui non sunt
ex Deo, verbum Dei non audiunt. Sed de illo Rhapsodo
tam malarum rerum speremus meliora, si forte det ipsi De-
us poenitentiam & cogitet quid Deo, Ecclesiæ & saluti ani-
mæ suæ debeat, & seret exat. Interim dum ille cum suis com-
plicibus voce & scriptis, suę opinionis errorem pro luce do-
ctrinæ diuinitùs patefactæ venditat, & veritatem vnā cum
assertoribus ipsius contra conscientiam damnat & pro con-
cione in eosdem acerbè & contumeliosè debachatur: quæ
in istis ipsis Thesibus, vt vocantur, cum verbo Dei & per-
petua Ecclesiæ doctrina non congruunt, odio non personarum
sed blasphemiarum, in timore Dei, detegere & explanare, non
dubitabo, Deo duce & adiutore, Qui faxit per filium su-
um Dominum nostrum Iesum Christum, ne nobis ullum

*Quam di-
cat aduer-
sarius In-
vocationē
Christi,*

verbum excidat, quod glorię ipsius & ædificationi Ecclesie non seruiat.

Quoniam autem Theses numerosæ sunt, *de illis sub certis quasi classibus & capitibus, quibus Theses proposui, differere volui*, ne confusæ, vel minus distincte lectori tedium adferrentur. ac ut ex collatione Thesum & nostrę Isagoge, quilibet veritatis amans atque cupidus, quod res est, facilius ac certius perspiceret, & querelis ansa præcideretur, quibus ut solent aduersarij ad eos, qui ipsorum pagellas non habent, affingi sibi dictantes, que nunquam in mentem venerunt. Postquam enim semel verecundiæ fines transferunt, necesse sibi esse, ut gnauiter sint impudentes, persuasum habent. Et quia cauponatur verbū Dei, ut sordidis questib. dediti, nihil proficeret & lucrari se, nisi valde mentiantur, & linguas mendacij cote vtentes acuant, peruicacissima obstinatione sentiunt. Quod nisi res ipsa doceat & loquatur, meæ orationi tribui aliquid non postulo, ut & huic, quod, absit inuidiadicto, gloria Dei mihi proposita in meo cepto vnicè fuit.

Non enim deesse aliud potuit, quod agerem, si quid prius & antiquius homini esse debere existimarem, cum non essem nescius, difficile esse aliquid conari & præstare circa errorem & accusationem, & vbi quid etiam verè & sine errore præstiteris, non incurrere in alicuius reprehensionem. Ac vt alij in hoc genere etiam elaborarint: tamen propria quedam sunt huius sophista stratagemata, que ipsa quoque detegi ac discuti ab re esse Ecclesia fortassis nequit. Sed de illis & alijs quibusdam popularius me differuisse, quam alios nostros aliquos Synergos, pro quorum insignibus donis Deo meritò gratias agimus, non diffiteor. Dotes enim ipsorum admiror, sed simplicitatem meam ad eundem finem, quem ipsi spestant, directam, neque ipsis displicituram neque Deo ingratis esse confido. Si quid perperam a medictum incidet, & bonitati cause & voluntati recte & ne fraudi sit, ac ut humaniter emendetur, ac imbecillitati humanae venia detur peto, idque summi bene-

beneficij loco habeo. Hoc, si vel aduersarij etiam faciant, gratum erit, sed ita: ne ipsi reprehendant in alieno oculo festu-
cam & in suo negligant trabem, quod calumniae & non can-
doris, malitiæ & non iustitiæ est. In ijs autem, quæ verè &
sine errore, Deo fauente & adiuuante scripsi, quæ Dei, qui
est omnis boni augustissimus & uberrimus fons & autor, &
non mea sunt, reprehensionem ne quidem vnius assis æsti-
mo.

A Ediles (vt vocantur) in vrbibus amplis hoc fibi negocij datum esse putant, vt propugnacula, quæ mænia continent ac ornant, sarta & tecta sint vnâ cum muris. Iam vero *Inuocatio, quæ est nomen Domini, turris fortissima a sapiente Hebreo dicitur. Sed aduersus quos hostes, & quæ arma? Num præpilata hastas, gladios ancipites, romphæas, pyrobolos, balistas, enea tormenta? Num, qui carne molli sunt & frangili & morbida, & sanguine per venas fluido, & saucijs extilanti e vulneribus? Non verò illos potissimum, quos à gubernatoribus heroibus in Ecclesia etiam crebrò fusos & profligatos legimus, qui similibus præsidijs instructi & olim fuerunt diuinatus, & adhuc armari possunt:*

Sed contra mundi Dominos, rectores tenebratum, quorum organa sunt improbi & impij, hæretici & Tyroni, & aduersus aculeum mortis, qui est peccatum, & potentiam peccati, quæ est lex, de quibus aliàs plura dicenda sunt. Quantò igitur hæc militia, & victoria in eadem, superatis tantis hostibus est gloriosior, tantò conseruandi illius propugnaculi cura debet esse maior, & solicitude vehementior.

Mænia, quæ ciuitatū muri sunt, sacra sunt, & ea ciui transcedere periculosem est, destruere illanō nisi hostis molitur. Qualis iam ciuis & Doctor Ecclesiæ sit, quitantam arcem ac tantū Ecclesiæ bonum, videlicet inuocationē veram Domini nostri Iesu Christi, nō defendit: Sed quantum in se est, aliā substituit commentitiā, vt illā labefactet ac conuellat,

THESES.

iudicium piorum & intelligentium esto. Manent graues pœnæ diuinæ nostram Germaniam, nisi tantis malis sanandis occurrant ij, quos Deusesse custodes legis in extera disciplina & quidem utriusque tabulae Decalogi, voluit. Qui ut sint officij sui mature memores optandum est. Nam grauius irasci Deum blasphemis, quam latrocinijs adulterijs & furtis non est dubium.

S Y N O P S I S C A P I T U M
iuxta quæ numerosæ Theses
distinctæ sunt.

I. Quod unus Deus, hypostasis realiter distinctis TRINVS VBIQVE sit inuocandus. Ac quod sancti defuncti & angeli, non sint inuocandi, quia non sunt Deus, neque ASSUMPTI IN PERSONAM creatoris infinitam, neque ad dextram Omnipresentem exaltati, hoc est, quia idem non sunt omnipotentes, omniscij & omnipresentes, & sicut id est actu primo, vel è regnū nostrō id est actu secundo, ut postea autor explicat, &c.

II. Quod quemadmodum nulla creatura absoluta & nuda sit omnipotens, omniscia, omnipresens &c. & ideo inuocanda: Ita natura create, quam & yō in novyolav sua persone euexit, adoratio cultus VERE DIVINVS, praestans sit, & hac adoratio non sit inuocatio in abstracto, &c.

III. Quod unio personalis ita describenda sit, ne cultus adorationis respectu humanae Christi naturæ sit irritus, id est que statuenda sit naturarum & proprietatum non NUDA sed REALIS VNIO & novyolia, ut Christus etiam respectu humanae naturæ sit omnipotens, omniscius, omnipresens.

IV. Quod Communicatio trium Idiomatum, omnipotentia, omniscientia, omnipresentia sit realis, neque tamen vel essentialis, vel Physica, sed personalis.

V. Quod gloria corporis Christi sit duplex, alia ex resurrectione, alia ex unitione personali, ea videlicet, qua humanitas Christi sit omnipotens & sicut id est actu primo.

VI. Quod ex reali communicatione trium Idiomatum omnipotentia, omniscientia & omnipresentia non inferatur etiam incarnationis patris & Spiritus sancti

THESES.

I
sandī, Quoniam eadem non sequitur ynionem personalem : & Idiomata Carnis Christi realiter tribuantur, quatenus in persona $\lambda\delta\gamma\tau\alpha$ determinantur.

VII. Quid reali communicatione Idiomatum illorum trium, non ponatur naturarum vel proprietatum confusio in Christo.

VIII. Quid reali communicatione trium Idiomatum &c. non statuatur exequatio duarum naturarum in Christo.

IX. Quid Athanasius realem communicationem illam omnipotencie, omnisciencie, omnipresentie deceat.

X. Quid humana Christi natura omnipotens, omniscia, omnipresens esse ceteris $\epsilon\pi\lambda\kappa\lambda\omega\varsigma$, id est, actu primo in momento conceptionis.

VI. Quid forma serui non sit humana Christi natura, & verbum $\chi\lambda\epsilon\gamma\omega\varsigma$, id est, exinanuit ad humanam & non ad diuinam referendum sit.

XI. Quid $\epsilon\pi\lambda\kappa\lambda\omega\varsigma$ $\chi\lambda\epsilon\gamma\omega\varsigma$, id est actus primus & secundus omnipotentie, omnisciencie & omnipresentie in humanitate Christi differant.

XII. Quid humanitas Christi nihilominus sit omnipotens, omniscia, omnipresens licet diuinitas non sit passa.

XIII. Quid Damascenus, Augustinus, Eusebius & Basilius doceant, communicationem Idiomatum realem respectu humana Christi nature, non contraria.

XV. Quid hec phrasis : Humana Christi natura seu in Christo, est omnipotens, omniscia, omnipresens, non sit reprehendenda.

XVI. Quid articulus de sessione Christi ad dextram patris confirmet, humana ipsius naturam esse omnipotentem $\epsilon\pi\lambda\kappa\lambda\omega\varsigma$, id est, actu secundo.

XVII. Quid humanitas Christi sit omniscia, & scrutetur corda, actu secundo.

XVIII. Quid humanitas Christi sit omnipresens actu secundo propter articulos fidei, de ascensione ipsius in calum, & sessione ad dextram Dei, & quod hac omnipresentia natura humana non sit seu statuatur infinita, sed tantum ad dextram Dei collocetur.

XIX. Quid sit duplex Christi secundum humanitatem omnipresentia, nec tamen caro Christi, quamvis existimeretur esse omnipresens, extendatur ex uno loco in alium.

XX. Quid $\lambda\delta\gamma\tau\alpha$ neque totus, neque ex parte sit extra humanam suam naturam.

XXI. Quid humana Christi natura sit $\lambda\delta\gamma\tau\alpha$ infiniti capax, & per omnipresentiam ab alijs naturis discernatur.

XXII. Quid Christus per humanam naturam omnipotentem omnia guber- net & agat in calo & terra, &c.

XXIII. Quid humanitas Christi propter ea, quae hactenus dicta sunt, inuocanda sit, & nulla alia creatura. &c.

XXIV. Quid, qui fundamenta istius latrie nouae non amplectuntur, sine causa dissidiorum, & autor istas Theses scriperit veritatis amore, ut errorum suspicionibus Ubiquistarum dogma liberaret.

DE INVOCATIONE DEI & Christi vera & Sanctorum Idolatrica,

D. E G I D I I H V N I I.

Thesis. I.

I. Quemadmodum unus tantum Deus est, preter quem nullus est alius, Martin. ci. 10. Sic & illum solum & unum adorandum, nobis verbum Dei proponit, sicut scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis & illi soli seruies.

II. Spiritus est Deus: Ideo in Spiritu & veritate adorandus est. 10-
ban. 4.

III. Ad nullum autem certum locum alliganda est Dei inuocatio. Cum enim ubique sit, nullo loco inclusus vel exclusus, Ideo maiestatem eius, quoque per orbem terrarum loco, sancta veneratur Ecclesia.

IV. Quemadmodum autem Deum per essentiam unum, sic hypostatischus realiter distinctis trinum fideles adorant & glorificant, patrem videlicet immensam maiestatis, venerandum eius ac unicum filium, sanctum quoque Spiritum patracletum.

V. Ideoque angelii in suo celebri cantico Esai. 6. Unum Iehouam tribus vobis sanctum celebrando haud obscurè Deum unum & trinum adorant, inconfessibili voce proclamantes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria maiestatis ipsius.

VI. Hic ergo Deus solus, sicut adorari, sic solus vult adorari in die tribulationis. Psal. 50.

VII. Ex quo manifestum est Sanctorum & Angelorum inuocationem illam pontificiam Idolatriacris crimen effugere non posse, quo ad creaturas transferitur gloria immortalis Dei, qui solus iustandus Deus est in secula.

VIII. Etenim, qui a nobis inuocatur in eundem spem & fiduciam corde colligant.

THESES.

collocari certum est iuxta illud: Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt?
Rom. 10.

IX. *Maledic̄us autem, qui confidit in homine & ponit carnem brachium suum, Ierem. 17.*

X. *Cumq; ab eo, cui inuocationis cultus tribuitur, requiratur ut p̄festo esse posit inuocantibus, eorum preces audire, gemitus & desideria cordis scrutari, & potenter ex omnibus malis aeternis & temporalibus eripere: Hac autem solius Dei propria sunt, sequitur nec angelis nec hominibus inuocationis laudem transcribi s̄pōtere.*

XI. *Angeli autem & sancti defuncti, nec ratione natura infiniti sunt, nec in infinitam personam assumti, nec ad omnipr̄sentem dextram exaltati: cui enim angelorum vñquam dixit Deus? Sede à dextris meis. Ergo non possunt inuocantibus adesse.*

XII. *Sicut nec omnipotentes sunt, nec omniscij s̄tue x̄ḡd̄io γ̄v̄s̄. Abraham enim nesciuit nos, Israēl ignorauit nos: Tu autem Domine redemptor & pater ab initio. Esaiā. 63.*

AD ANALYSIN CAP. I.

Q VOD VNVS DEVS HY-
POSTASIBVS REALITER DISTIN-
CTUS TRINVS VBIQVE si inuocandus, ac quod sancti defun-
cti atq; angeli non sint inuocandi, quia nō sint natura infiniti,
neque assumti in personam creatoris infinitam, neg;
ad dextram omnipr̄sentem exaltati,
& propterea etiam non om-
nipotentes, &c.

ISAGOGĒ.

I.



V M P R O P H E T A R V M ET A P O S T O L O-
rum doctrina sit, Quod vnustantum Deus sit &
pr̄ter hunc nullus alius. Itē quod solus Deus sit
omni-

Videatur
Paulo pōst
a Thes 28.
Usque ad
finem.

omnipotens, omniscius, omnipræsens, & ille solus sit inuocandus, & hoc ipsum nobiscum iuxta scripturam partim hīc partim Thes. 10. fateatur autor Thesium: Non ignorare idem potest, contrarium voci diuinæ dogma esse, quod asserit: Humanitatem Christi etiam esse omnipotentem, omnisciam & omnipresentem, & Christum propterea, etiam quā homo est inuocandum esse. Nam disertè & palam dicere non audet: Humanitas Christi est Deus.

II. Neque ait, quod Christi humanitas sit Spiritus, vt Deus est Spiritus Iohan. 4. Quare & ex hoc liquet humanitatem Christi non esse omnipotentem, omnisciam & omnipræsentem, Et quod inuocans iuxta hoc, quod non est, non inuocet in Spiritu & veritate, id est, vera contritione, fide, dilectione Dei, bono proposito & similibus motibus a Spiritu sancto accensis,

III. Etsi autem vera & viua Ecclesiæ membra, Deum vbiique esse agnoscunt, & vbiuis locorum celebrant, tamen a verbo diuinitū tradito non discedunt, hoc est, orant, vt Augustinus quoque monet, Non, Pater noster qui es in vbi que, attollentes corda sursum extra omnes creaturas, quemadmodum Thesi. 221. dicitur, sed ut Christus nos docet, Pater noster qui es in cœlis. Quare vistatus in Ecclesia sermo est, Deum non esse aliquid in inuocatione ad ullum locum, *Q u o s e n o n a l l i g a t s u o v e r b o .* Quæ postrema verba autor Thesium prætermittit, quasi non historiæ loquantur nobis, ratiocinantes seposito verbo Dei, Deum Vbiqve esse, & Vbiqve colendum, passim aras & facella condidisse.

IV. Eadem est Patris & Filij & Spiritus sancti Inuocatio, seruato ordine personarum & cuiusque persona proprietate, vt Iohan. 16. Christus iubet in suo nomine rogari a patre omnis generis bona, id est, ipso agnito, nominato & inuocato. Et Romanos 9. *Christus dicitur, Deus adorandus in secula.* Et noster Baptismus tres personas distinctas propo-

proponit agnoscit & inuocat, vt patefecit se diuinitas clavisimo testimonio ad Iordanem, de quo latus Athanasius exclamat: Ito ad Iordanem & videbis. Etsi autem realiter distinctæ sunt tres hypostases in vna diuina essentia, tamen diuisæ non sunt, quemadmodum in Symbolo confitemur, Pater est Deus, Filius est Deus, Spiritus Sanctus est Deus, & tamen non sunt **T R E S D I I,** Deus verus vnuus est.

Quare vnicè hoc tenendum est, Quòd angeli & fideles in Ecclesia inuocent Deum vnum & trinum realiter distinctis in vna diuina essentia tribus personis, quamlibet inseparabilibus, ne tres Deos & tres omnipotentes aliquis introducat, vt conatus aduersarij infra capite sexto non valde abhorret, cui familiare est implicare contradictiones. ὅντως λόγος lib. i. dist. 24. q. 2. exponit, quare concedatur hæc locutio. Deus est trinus, nec tamen illa Deitas est trina.

VII. Si Deus solus vult adorari, nulli Diaboli & homines expetunt diuinos honores & adorari cupiunt. Sed aliud legimus de Herode, Iulio, Alexandro Magno, Philippo Macedone, & illo scelerato vexatore Christi & Ecclesiæ Matthæi. 4. Et quid hodie aliud volunt, qui procaciter postulant claris & illustribus testimonijs sacræ scripturæ anteposuimus opinionum blasphema commenta. Propter quos, si libuisset scriptori Thesium, ad determinationem prædicati exclusiū posuisset, & dixisset potius, quod Deus uelit inuocari se solum, si est memoriae lapsus, condonari humanæ imbecillitati debet.

VIII. Quia verò solus Deus inuocandus est, vniuersalis & propria veræ inuocationis causa est, quod res, quæ verè inuocatur, est Iehoua, qui essentia sua est Deus. Quare non solum sanctorum defunctorum & angelorum, sed omnium aliarum rerum creatarum inuocatio est Idolatria, & cuiuslibet rei creatæ inuocatione gloria immortalis Dei transferratur ad creaturem.

VIII. Nam quoniam is Iehoua, qui essentia sua est Deus, est immensa sapientiae, potentiae, essentialiter iustus, misericors, videt motus cordium, substantia omnibus rebus adest, omnibus in locis est efficax, opportunè opem & salutem fert, impedit, prohibet, arcet ac profligat mala, dat & tuetur bona, inuocantibus iuxta ipsius voluntatem, in eodem spes & fiducia cordis recte collocari & verè idem inuocari potest:

Contrà, quia nulla creatura est Iehoua, qui essentia sua est Deus, & Idiomata atque actiones Iehouæ, quas diximus nulli creaturæ competunt, ideo in nulla creatura spes & fiducia cordis firmiter ac stabiliter figi & niti, atque nulli creaturæ inuocatio verè praestari potest, iuxta illud Romano. 10. Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt.

IX. Quare non tantum maledictus est, qui confidit in homine & ponit carnem bracchium suum, Ierem. 17. Sed omnes qui seruiunt his, qui natura non sunt Di, sunt Idololatre, Gal. 4. De quibus Ieremiæ 10. dicitur, Di, qui cælum & terram non fecerunt, pereant de terra & de his, quæ sub cælo sunt. In quorum numero cum non sit homo Christus Iesus, qui est Iehoua & essentia sua Deus, vt omnia Idiomata atque actiones Iehouæ ipsi competit: Ita (vt Cyrilus in lib. de recta fide ad Theodosium scribit) eundem adoramus, Nec tanquam in unum nobis similem, neque in hominem fides, sed in Deum tendit, NATVRÆ ET VBRVM IN PERSONA DEVVM. Adorat enim unigenitus, etiamsi vocetur primogenitus, quod manifestissime conuenit humanitatis mensura. Non igitur vt HOMINEM adoramus IMMANVLEM, absit: Deliramentum enim esset & deceptio & error. In hoc enim nihil differremus ab ijs, qui creaturam ultra factorem & creatorem colunt. Hec Cyrilus.

X. Quamobrem, quoniam ab eo, cui verè inuocatio debetur, requiritur, vt non tantum substantiam omnibus rebus adsit, & seriosanimi motus ac preces ardentes, a simulacris

tis gemitibus ac fictis vocibus, quibus hypocritæ imitantur inuocationem piorum, discernat, & vt huius & æternæ virtutis bonis afficere & beare & omnibus malis eximere possit: Sed etiam, quod autor Thesum silentio transit, vt sit essentialiter verax, iustus, misericors, simplicissimus sciens, creator & conseruator rerum, Deniq; quicquid Iehouæ, qui est essentia Deus, conuenit, atq; adeò vt ipse Iehoua sit:

Ex his omnibus coniunctim efficitur, neque hominibus neque angelis neque ulli creature Inuocationis cultum afferendum & deferendum esse. Atque ideo scriptura clamat, *I E H O V A M D e u m t u m a d o r a b i s & i l l i s o l i s e r u i e s,* vt qui *I E H O V A* non sit, absque blasphemie crimen Inuocari nequeat.

Sed autor Thesum, neq; hoc vrgens, neque alias proprietates Dei essentiales, nisi tres, omnipotentiam, omniscientiam, omnipresentiam, pro suo instituto producens, ne malam causam prodat, eam nihilominus prodit.

Cui enim propriatum Dei essentialium, quæ sunt Idiomata quarto modo, vna non conuenit, eidem nulla conuenit. & rursus cui vna verè tribuitur, eidem omnes verè tribuuntur. Quid? quod *S O L V M D E V M* omnipotenter, omniscium & omnipresentem esse hic assuerat, & hoc ipso testatur, quod contra conscientiam pugnet, Humanitatem Christi esse omnipotentem, omnisciam & omnipresentem. Quare tenere suū cursum non potest, nisi impliceat contradictiones & subinde adolexiā admittat, quā veri Dialetici nugationem dicunt, Paul. i. Tim. i. *Μάλα ολογίας* nominat, cui, qui se dant mancipio, nesciunt, quid & de quibus loquantur. *Omnis autem implicatio contradictionis est horribile mendacium aduersus Deum.*

XI. XII. Ergo cū solus Deus fit omnipotens, omniscius & omnipræsens, & nulla creatura sit Deus, nō alia causa est, cur angeli & sancti, qui diē suū obierunt, non sint inuocandi itē nō sint omnib. locis præsentes, non scrutentur corda, nō iur-

THESES.

uandi summam facultatem, vt Dⁱv^s, habeant, non inquam, horum alia est causa, quām quōd non sunt Iēho^va, qui essentia sua est Deus. Nam cum humanitas Christi non sit Deus, vel propter vniōnem personalem cum λόγῳ, vel propter exaltationem ad dextram Dei, neque eadem ideo est omnipotens, omniscia & omniprēsens; Que iam creatura propter vniōnem personalem cum creatore, vel sessionem ad dextram creatoris, erit omnipotens, omniscia, omniprēsens? & quę creatura verē negabitur esse omnipotens, cō quōd non vnitatis personę creatoris, vt caro Christi, vel quod non sedeat ad dextram Dei, vt eadem caro Christi?

Ergo perspicua veritas est; ficta causa inuocandę carnis Christi non refelli Idololatriam Pontificiam, & rursus illa ficta refutatione pontificiorum, non confirmari opinionem aduersariam, quōd humanitas Christi quoque sit omnipotens & propterea etiam inuocanda. Verum autem est angelos non dici omnipotentes, sicut homo Christus est omnipotens. Neque enim iūdem Deus sunt vt homo Christus est Deus. Sed hoc aduersario non est cordi, εἰ η ἀνθρώποις αἵτια τῇ μη ὑπάρχειν, η καλάφασις αἵτια τῇ ὑπάρχειν. Si negativa est causa ut res non sit, affirmativa est causa ut res sit. Aristoteles in Analyticis ait, & contrā,

THESES. XIII.

XIII. Quemadmodum verō nulli creature absolute & nude hanc maiestatem communicari firmiter statuimus: Sic & ei nature create, quam λόγῳ creator omnium in sua persona novā vīa erexit, hunc adorationis cultum verē diuinum tribuendum esse, indubitanter asserimus.

XIV. Non quidem quōd humanitatem Christi seorsim a λόγῳ & quasi separatim siue in abstracto adorari posse existimemus.

XV. Nam scimus eam extra λόγον non subsistere seorsim, & proinde nec seorsim ad eam quasi a persona verbi separatam fidelium inuocationem dirigiri. Sed vna cum λόγῳ vna adorationis latra, sicut erudita veteritas docuit bonitati.

XVI. Neque enim fideles Christum tantum, quâ Deus, sed etiam quâ homo est, & sic Christum, quatenus Christus est, adorant sicut inquit Apostolus: Vnâ cum omnibus, qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, quovis loco vel suo vel nostro.

XVII. Et iterum: datum est ei nomen super omne nomen, ut in nomine Iesu Christi omne genu fleatur caelestium, terrestrium & inferorum, & omnis lingua confiteatur, quod Iesus Christus sit Dominus ad gloriam patris.

XVIII. Quibus verbis Apostolus non obscurè Christo secundum humanitatem quoque cultum adorationis assignat.

XIX. Sicut totus iste locus de Christo secundum assumptam naturam accipiens est.

XX. Et rectè Athanasius super hæc verba Apostoli: Donauit ei nomen super omne nomen, ita scribit: De templo hoc dicit, quod est corpus eius. Non enim excelsus exaltatur, sed caro exaltatur excelsi & carni excelsi donauit nomen supra omne nomen, & ab eo non accepit, ut per gratiam vocaretur D E V S, sed caro eius deificata est.

XXI. Estque hec summa consolatio piorum, quod in omnibus miserijs redemptorem & fratrem suum, iuxta eam etiam naturam inuocare cum fiducia audent, in qua infirmitates nostras ideo expertus est, ut esset misericors Pontifix: Ex hoc enim, quod contigit ei tentatum esse (quod certè secundum humanitatem factum est) potest & his qui tentantur succurrere, Heb. 4. & 2.

XXII. Sicut Stephanus in agone ultimo huic homini & quem plenus spiritu ante ad dextram omnipotentie collocatum viderat suam animam commendat: Domine Iesu suscipe spiritum meum. Acto. 7.

XXIII. Hic est fidelis & unicus aduocatus apud patrem, Mediator & Pontifex noster in his, quæ apud Deum agenda sunt, ad hoc semper apparens in conspectu Dei, ut intercedat pro nobis, preces nostras & quatenus homo est audiens & suscipiens, quemadmodum scribit Apostolus, i. Timoth. 2. Unus Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus.

XXIV. Neque nobis illud apud Esaiam obstat 42. Ego Iehoua, gloriam meam alteri non dabo.

XXV. Quando enim inuocatio ad Christum secundum humanitatem quod quædirigitur, non tribuitur Dei gloria alteri. Quia natura Christi humana non est altera diversa a creatore persona, cum intra Iehoua hypostasin, cui hic culus debetur subsistat.

XXVI. Idcirco cum Christus iuxta assumptam naturam adoratur. bonos iste Iehoua cuius haec caro propria est, & nullo modo alteri tribuitur. Sicut econtra Iudei hanc carnem contumelia afficientes, ipsum Dominum glorie crucifixisse scribuntur.

THESES.

xxvii. Hinc ducenti patres Concilij Ephesini assumtum hominem cum λόγῳ, non tanquam alterum cum altero conglorificandum, sed potius una supplicatione Immanualem D E V M & hominem venerandum esse tradiderunt.

AD ANALTSIN CAP. I.

Q V O D Q V E M A D M O D U M
N V L L A C R E A T V R A A B S O L V T A
& nuda, sit omnipotens, omniscia, omnipræsens: Ita natura (creta) quam λόγος in rei operis suæ persona euexit, adorationis cultus V R B E D I V I N V S præstandus sit, & hac adoratione non sit inuocatio in abstracto.

I S A G O G E.

XIII.

279.

SOLVS Deus, qui est Ichoua, inuocandus est: Solus Deus est omnipotens, omniscius & omnipræsens, ut iuxta scripturam paulò ante agnouit & didicit aduersarius. Quamobrem & scripture & sibi contradicit hīc: asseuerans, PRIMO; nulli creature absolute & nudę maiestatem communicari, quam articulis incarnationis & sessionis ad dextram prætexit, id est, Saltem creaturas absolutas & nudas non esse omnipotentes, omnisciā & omnipræsentes, ideoque etiam non inuocandas: SECUNDO quod κατὰ τὸ ἀναταρόδοτον dissimulauit nunc cuidam naturę creatę, quę non sit creatura absoluta & nuda, verbi causa, carni Christi, illam maiestatem tributam esse, & quod expressè scripsit: Naturę illi, cultum adorantis V R B E D I V I N V M præstandum esse, id est, humanitatem Christi etiam esse omnipotentem, omnisciam & omnipresentem & propterea quoque inuocandum. Hic enim est scopus aduersarij, ut aliquoties haec tenus vidimus & deinde magis apparebit.

Largi-

XIII. Largitur humanitatem Christi non esse adorandum separatum, & eam nominata adorationem in abstracto, sed quid largitur, ut alienus esse a blasphemis videatur? Suntne qui humanitatem Christi fingunt a Deo Verbo separatam & seorsim inuocant, vt Turci conditorem cœli & terre fingunt & inuocant, & filium de essentia patris esse negant?

280.

XV. Etsi enim humanitas non est cum verbo ubique, ut Eutycheos delirare Vigilius testatur, (qui dissentientes ab ipsis & distinguētes naturas in persona Christi iuxta scripturam, separare naturas & diuidere Christum calumniantur:) tamen eadem a λόγῳ Deo non separata est. Quod si sentit aduersarius, quomodo inferius humanitatem Christi alter in Deo verbo, aliter in suis Idiomatis considerat? An & *Videantur*
The. 191.
197. 215.

cum Nestoreis separat, & cum Eutychois confundit naturas in persona Christi? Sed propterea humanitas Christi sic est omnipotens, omniscia, omnipræsens & propterea inuocanda, ut magna Diana Ephesiorum adoranda est, quoniam A Egyptij Apim & canem venerari instar numinum non debuerunt, ut Ethnicus ille queritur: *Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam.* Adoratur quidem caro vna adorationis latrā cum λόγῳ, & erudita vetustas ita docuit. Sed istam exæquationem naturarum & adorationem propter illam exæquationem, ob quam verbis veterum syncategorema VNA admiscet, ignotam esse piæ vetustati declarat, quieorum auctoritatem iactat & nullam profert. Ad calcem cap. de adoratione Christi veri Dei & hominis videatur testimonium Athanasij ex Dialogo 5. de adoratione Christi veri Dei & hominis.

XVI. QVIA enim fideles totum Christum adorant, qui totus est hominis filius propter carnem, & totus Dei filius propter vnam cum patre Deitatem, quod est nomen Domini nostri Iesu Christi. 1. Corinth. 1. Actor. 4. Ideo Christus non tunc demum totus adoratur si existimetur, quod

282.

quod etiam, quā homo est, id est, carne sit realiter omnipo-
tens, omniscius, omnipræsens, etiam si addatur in persona
λόγος. Nam ne quidem aduersarius Christum, quā homo est,
realiter in persona λόγος Deum dicit, & sic Christum esse af-
firmat quatenus Christus est. Quare ut Max. Iohannes mo-
net, Tunc adiectio verborum vitanda est, cum non explanationem
sed corruptionem aut contrarietatem fidei operatur, vt & Deut.
4. & Proverb. 30. præcipitur. *Magnus autem Dominus & laudabilis valde, & magnitudo eius non est inuestigatio.* Psal. 145.
Itaq; non hominus sed Dei natura est, vt adesse ubique posse, secun-
dum Tertull. p. 160. de Trinitate.

283. XVII. Neque ex 2. cap. ad Philippenses constat, quod
Christus etiam, quā homo est, Deus sit. Nam datum ei no-
men, inquit, supra omne nomen ut Iesus Christus Dominus
agnoscatur & celebretur ad gloriam Dei Patris.

283. XVIII. Quare neque obscurè neque dilucidè Aposto-
lus eo loco tradit, quod Christus etiam, quā homo est, sit
omnipotens, omniscius, omnipræsens, & sic Christus quate-
nus Christus, & propterea quoque inuocandus. Nam vt in
explanatione huius capituli Ambrosius scribit: *In gloria Dei
patris esse, nihil differre a Deo est ut sit una gloria patris & filii per
communem substantiam & virtutem. At si Christus, etiam quā
homo est, omnipotens habeatur, humanitas ipsius in gloria Dei pa-
tri ponitur, quæ ut idem Ambrosius dicit, est unitas naturæ.*

XIX. Agit enim Paulus 2. ad Philip. de Christo, non
duntaxat secundum assumptam naturam, vt fingunt aduer-
sarij, sed directè secundum vtramque naturam, hoc est, de
duabus naturis in unitate personæ cum omnibus proprietati-
bus essentialibus inconfusè & inseparabiliter subsistenti-
bus. Præterquam enim quod Iesum Christum appellat,
quæ sunt nomina officij, quod ad vtramque naturam per-
tinet, formam serui dicit, quæ est ipsa natura humana cum
mortalitate & subiectione sub legem, & hac inuentus est
habitu vt homo, id est, affectibus, pauore, tristitia, dolore, Et

Et formam Dei dicit, qua Christus equalis est Deo, siue essentia, vt vetustas pia exponit, siue operibus diuinis, vt Luthe-
rus vult, quod eodem recidit. Nam propter opera, quibus se De-
um & Dominū, declarauit, certum esse, ait Lutherus, quod Christus
ibi a Paulo, ut verus Deus & naturalis eius Deitas pradicetur.
Quamobrem non est forma Dei, quod Christus etiam, quā
homo est, sit omnipotens, omniscius, omnipræsens, pro-
pter articulum incarnationis *εἰ̄λινῶς*, id est, actu primo, & *Theſ. 116.*
Propter articulum sessionis ad dextram patris *ἐν οὐρανῷ*, id
est, actu secundo, vt nugatur aduersarius postea, & sic totum
istum locum de Christo secundum assumptam naturam ac-
cipiendum esse hic autumat.

XX. Athanasius autem, cuius magna meritò est auctori- 283.
tas, quoniam a scriptura non discedit rectè de templo, quod est *Athanasi-*
corpus eius, illa verba accipienda dicit, Donavit ei nomen super *Arbanaſi-*
omne nomen. Locutionibus negatiuis & affirmatiuis expref- *u de natu*
suscepta
Negatiuis: Non enim qui altissimus est exaltatur, Et λόγος non *ra huma-*
accepit donatitia ratione, vt vocaretur Deus. Affirmatiuis; Caro *contra A-*
eius exaltatur, carnis sua altissimum donavit nomen, quod est supra *pollinariū.*
omne nomen, caro eius simul cum ipso Deus appellata est. *athanaſi-*
de dicto: o-
mnia mihi
tradita
funt a Pa-
tre.

Quare non absolutè de diuina aut humana natura, sed
devnione personali duarum naturarum, quam alias Oeconomia
nomiam dicit, loquitur, cuius respectu communia esse no-
mina indicat, Quemadmodum Dialogo. 4. de Trinitate
ait, *Quod λόγος passus sit non in se & sua natura, sed respectu* *Videatur*
Oeconomia, unito sibi corpore, quod pati posset. Sed in his nihil *reſpons. ad*
habere præſidiū aduersarium, hæc etiam ostendunt: Quod *Theſ. 202.*
propterea adfirmare non audet, Quod Christus, quā homo *& ad calo-*
est, etiam Deus sit. Deinde verba Athanasij obscurauit, & *cem teſti-*
pro his accepit donatitia ratione, reposuit, per gratiam, & *monum*
Caro eius simul Deus appellata est, supposuit, Caro eius Dei- *descriptū*
ficata est, neque tamen effecit, vt firmiter inde concludere. *ex pagina,*
tur, quod vult, Scilicet, Christum etiam, quā homo est, esse *259. 260.*

omnipotentem, omniscium & omnipræsentem. Mala mens, malusanimus, dicta tanti autoris, contra dicentis mentem & scriptutam vrget. Nam Orthodoxi, quæ dicunt & scribunt, aliter quam iuxta analogiam fidei accipi nolunt. Et si vel ipsi aliquid humanum patiuntur, vel recte ac dextrè ab ipsi tradita, sinistrè accipiuntur, & nequiter deprauantur, autoritas nulla est. Quandoquidem & verbum Dei, stolidè intellectum non est verbum Dei, secundum Theodoretum.

XXI. Nihil autem verius est, Quàm, summam consolationem piorum esse; Quòd in omnibus ærumnis, filium Dei incarnatum, redemptorem & fratrem suum inuocare cum fiducia audent, quia infirmitates nostras carne expertus est, vt misericors esset Pontifex. Nam carne persoluit λόγον pro peccatis mundi, Quod est sufficiens, quia persolutum est a persona infinita, vt placaretur Deus offensus, qui & ipse est bonum infinitum, vt Hebr. 2. & 4. confirmatur. Sed quia carne tentatus est, quilibet piorum nefas esse ducit statuere, quod & carne omnipotens, omniscius & omnipræsens; & propterea quoque inuocandus sit, tantum abest, vt in hoc figmento abominando, quod toto pectori detestandum est, quicquam ponant fiduciæ. Id enim si faciant, se horribili contumelia Deum afficere norunt.

XXII. Itaque Stephanus orans in agone, *Domine Iesu suscipe Spiritum meum*, testatur ipsum esse verum Deum, ^{sap. 3.} guarus iustorum animas in manu Dei esse. Neque verò illum, quâ homo est, etiam Deum esse credidit. Nam plenus Spiritu, vnum Deum & illum solum omnipotentem, omniscium, vbique èternum, essentialiter iustum & misericordem &c. esse agnouit, & constanti fide & ardentí inuocatione inter coronam lapidum, confirmavit. Ergo deliramentum, quod Christus etiam, quâ homo est, sit omnipotens, omniscius & omnipræsens, & propterea quoque inuocandus, detestatus est. Itaque aduersarius non ait híc, quòd Stephanus humanitatem Christi omnipotentem inuocat, sed

sed hominem quem ad dextram Dei stantem viderat. Nam vt Iesaias ferè annis octingentis antè prædixerat, statuans esse radicem Iesse: Ita tunc experiebatur Stephanus illum regnante & propugnantem suos, aduersus Diabulos & eorum organa, Quoniam & in ipsius corde vincebat mundum. Sed homo Christus designat suppositum in persona Verbi, quod est æternum, vt aiunt scholastici. Non enim humanitatem, vt faciunt, qui abstracta & concreta confundunt, sed λόγον ἡστάθη, personam esse credidit, in qua caro assumta inconfusè & inseparabiliter & hypostaticè unita, cum omnibus Idiomatis subsistit, Quamobrem filium hominis dixit.

XXIII. Ut verò Christus, quondam in diebus carnis sue, neque surdus neque cæcus fuit, sed auribus sonos & voces, & oculis colores, atque species rerum, & cæteris organis sensuum alia obiecta percepit, & cogitationes, scribarum vidiit Spiritu, tum surdis & cæcis audiendi, & videndi facultatem restituit, & Diabulos pepulit digito Dei: Ita ingressus in cœlum, quod vero sacrario respōdet, & in conspectu Dei apparens, & pro nobis intercedens mediator Dei & hominum homo Iesus Christus. Qui plantauit aurem, non audiret? qui finxit oculum, non videret? Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Vultus autem Domini super facientes malam. Sed Christus non plantat aurem, non singit oculum etiam quā homo est. Quamobrem, quod idem mediator sit etiam, Quia, quā homo est, quoque sit omnipotens, omniscius & omnipræsens, & sic preces audiat, non constat. Nam ut Vigilius inquit, cuius longè euidentior & celebrator vigilancia est, quam agyrtarum vel ἀγριῶν appellantium ipsum scuriliter & mordaciter, dormilium: Talis hostia requirebatur, quæ ita media esset inter Deum & homines, vt & morti succumberet per illud, quod hominis habebat, & mortem vinceret eo, quod diuinitatem in se tenebat. Alioqui humanis diuina reconciliari non poterant.

286.

287. XXIV. Ergo, quasi voce de cœlo edita Deus Esaïæ. 4^a
testificans, *Ego I E H O V A,* gloriā meā alter inondabo, sub-
inde sancit, se solum esse omnipotentem, eternum, infini-
tum, ubique &c. atque inuocandum: & nullam aliam natu-
ram vel personam, quæ non est Deus, esse omnipotentem,
essentialiter misericordem, iustum, omnipræsentem &c.
ideoque inuocandam. Reclamat igitur aduersario pu-
gnanti, Quod Christus etiam, quâ homo est, sit omni-
potens, &c. & etiam propterea inuocandus.

288. XXV. Et si enim gloriā Dei non tribuit personæ, ta-
men tribuit naturæ, quæ non est Deus. Quod non diffitetur.
Sed quis *E L O H I M A C H E R I M*, quod in Decalogo plura-
liter & in Esaïa singulariter extat, quis inquam nisi Idololatria
ad solas personas restringit? Nam propterea cultus diui-
nos præstare Idolis nefas est, quæ non sunt personæ, & tamen
cæca superstitione numina fecit. Et Lutherus explicans postre-
ma verba Davidis, ex illo Esaïæ astruit, (contra Arianos, a
quibus ad solum patrem illud violenter detorquetur) quod
filius, quoniam eodem honore cum patre colitur, non sit
alius Deus, id est, non alia essentia, quamvis sit alia persona
seu hypostasis. Subsistit quidem natura humana in Deo ver-
bo, sed non eadem propterea realiter est in persona Verbi,
ipse Deus Verbum, licet aduersarius etiam *I N T R A* incul-
cet. Quamobrem cum eadem non sit omnipotens, omni-
scia, omnipræsens, æterna, infinita, &c. quomodo propter
hoc quod ei non conuenit, afferetur eidem cultus, qui soli
Iehouæ debetur, aduersarij confessione.

289. XXVI. Quamobrem, nihilominus cultum soli Ieho-
uæ debitum, humanæ Christi naturæ afferens, eo quod i-
psam omnipotentem, omnisciam & omnipræsentem quo-
que esse comminiscitur, ut palam statim dicet, in arenam &
certamen cum sceleratis Iudeis descendit: ipséne diuinita-
tis spolijs Carnem Christi onerans, an isti plagas, vulnera &
denique mortem ignominiosissimam carni Christi afferen-
tes,

tes, Dominum glorię magis ledant. De illis enim dicitur,
I. Corinth. 2. Si Dominum gloria cognouissent, non crucifixi-
serit. Et Athanasius eos, qui alia, quam Verbum Dei Christo tri-
buunt, sua in illum coniūcere, & ut Iudaos ipsum lapidare di-
cit.

XXVII. Quod aduersarius admittere se non occulte
fert, vbi h̄ic mutilat decretum Ephesini Concilij, quo du-
centi illi patres vna supplicatione IMMANVELM Deum
& hominem honorandum esse tradiderunt, omittens, IV.
XTA QVOD VERBVM CARO FACTVM EST. Ergo
cum caro non sit facta verbum, neque eadem est omnipo-
tentis, omniscia, omnipr̄sens, neque propterea inuocanda.
Vtiam vos solos errare sciretis, ait Vigilius de Eutychianis sue
atatis, & non temeritate sacrilega, patres in simili erroris crimi-
ne vocaretis. Nam & illi trecentos Patres Nicenæ Synodi se-
sudogmatis autores habere impudentissimè vociferaban-
tur & gloriabantur. Quare illo falsi crimine aduersarius o-
ffendit, quod Patres Ephesini, inuocationi, de qua dimicat,
etiam hodie anathema dicant.

290.

XXVIII. THE S I S.

Cum vero ex unione personali, caro Christi hanc diuinam adorationis glo-
riam sortita sit, sequitur unione illam sic describendam esse, ne adorationis cul-
tus respectu humanae nature irritus efficiatur, quod vtique fieret, si nudat tantum
unio sine naturarum proprietatumq; reali nō invuln̄ fingeretur.

XXXIX. Christum igitur ex virtute unionis secundum humanitatem quoq;
vere ~~quod~~ oportet, ut preces & gemitus inuocantium, adeoq; ipsam
cordis fiduciam, que quasi anima orationis est, intueri valeat.

XXX. Omnipotentem item, & in omnibus periculis presentem inuocanti-
bus, ut nos prasto & efficaciter ex omnibus malis liberare posse.

QVOD VNIO PERSONA
LIS ITA DESCRIBENDA SIT, NE
cultus adorationis RESPECTU HUMANAE naturae CHRI-
STI SIT IRRITVS, & quod ideo statuenda sit vnio & xoyia-
via naturarum & proprietatum realis, ut Christus non tantum iu-
xta diuinam, sed etiam secundum humanam naturam sit re-
alissime OMNIPOTENS, OMNISCIUS SEV
καρδιογνώσης & omnipre-
sens,

ISAGOGE,

XXVIII.

291.

292.



NITIO confessus est, vnum Deum esse, & illum
solum inuocandum esse. Quare nulla est vniota-
lis, ob quam Christus non tantum ratione diuine
naturae sed etiam respectu humanae naturae sit re-
aliter Deus, Et falsissima hypothesis est: Quod humanitas
Christi ex vniione personali sortita sit cultum adorationis,
de quo vitilitigat & quem magnificè diuinam adorationis
gloriam nuncupat. Eiusdem farinæ sunt & hæc: Quòd pro
illo fictitio cultu vniōnem personalem describendam, &
similem communicationem Idiomatum tradendam cen-
set, Et quòd præ illa sua vniōne & communicatione Idio-
matum & naturarum, quibus realitatis augustum præconi-
um tribuit, dicit fangi vniōnem, & nudam appellat, qua est,
iuxta quod Verbum caro factum est, & qua confundere
Idiomata non sinit, sed in naturis discernit, & in persona
communia omnia esse facit, iuxta dicta, Abacuc 2, Deus a
Theman veniet, Matth. 16. Filius hominis est filius Dei viuentis.
1. Corinth. 15. Secundus Adam de cælo est, Iohann. 3. Filius homi-
nis est in cælo, 1. Corint. 15. Per hominem resurreccio mortuorum.
Lucas.

Luke 9. Filius hominis veniet in gloria patris sui. Psalmo. 42; Sedes tua Deus in seculum seculi, propterea vnxit te Deus. Io-
han. 2. Christus manifestauit gloriam suam. Iohan. 1. Vidimus 37.

Videatur responsio ad Thesin.

gloriam eius, tanquam unigeniti a Patre. Roman. 1. Declaratus filius Dei potenter per resurrectionem a mortuis, secundum Spiritum sanctificationis. Matth. 22. Si David vocat eum Dominum, quomodo filius eius est? Marci. 2. Vedit cogitationes scribarum spiritu. 2. Corinth. 13. Crucifixus ex infirmitate, viuit potestitia Dei. 1. Petri. 3. Mortificatus carne viuificatus spiritu. Iohan. 20. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere, Psalmo. 16. Non reliqua est anima eius in inferno, nec caro eius vedit corruptionem, &c. Iesaię. 9. Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius Deus fortis, pater vita eterna, &c.

Taceo, quod tantum trium Idiomatum diuinæ naturæ realem communicationem, ut nominat, afferit, & nusquam specificè exprimit, quam realem naturarum vniuersalium & communicationem dicat, ut faciunt, qui, quid dicant & sentiant ipsi nesciunt, qui non sunt Theologi sed secundum Apostolum Μάτιον. 1. Timoth. 1.

XXIX. Quare cum sordeat aduersario vno personalis, iuxta quod Verbum Caro factum est: propterea Christum, quā homo est, scrutari corda, & cognoscere timorem Dei, fidem, dilectionem veram, & similes spirituales affectus non necesse est, Quoniam solus Deus nouit corda.

XXX. Eiusdem rationis est, quod & respectu carnis ipsius omnipotentem & in omnibus calamitatibus praesentem esse inuocantibus oporteat, ut periclitantes, afflicti, oppressos adiuuet, liberet, defendat, seruet, Quasi quā Deus est, ipsum esse omnipotentem & omnipresentem non satis sit, ut ab initio generi humano, & Ecclesia post lapsum, in diluvio, mari rubro, Babylone & deinceps adsuit & opitulatus est. Imò solum D[omi]n[u]s esse omni-

293.

*Videatur Thes. 27.**Psal. 94.**Luca 16.**Marci. 2.**2. Para. 6.*

294.

omnipotentem, omniscium, & omnipræsentem Thesis decima contra has statuit. Et Iohan. 17. Christus rogat patrem, ut in suo nomine, id est, Deitatis ratione, quemadmodum Cyrilus exponit, seruet Ecclesiam, sicut ab exilio mundi fecit. Postremò qui non fudit Christo & eo acquisit, quia is verus Deus est, quomodo ipsum ubique esse & omnia posse & nosse carne sua firmiter credat, quâ Deus ille non est. Quoniam yesus Deus unus est.

XXXI. T H E S I S.

Hec autem de communicatione Idiomatum doctrinæ, dextrè & solitaria proponenda est, ne ad alterutram partem latius quam pars est euagemur: sed ex utraque parte resectis absurdis omnibus ipsam in medio positam veritatem cursum erroris labem retineamus.

VT NO- XXXII. Quod de re propterea non nihil copiosius agere visum est, Quoniam in
MO. Christo hac maiestas secundum carnem constet, frustra a nobis ut homo inno-
bitur.

QVA HO- XXXIII. Imò Idolatriæ crimen non vacabit Christi, quâ homo est, in-
MO. uocatio, si cum diuina maiestate, cui soli cultus ipse competit, nullam reali-
varia habet.

XXXIV. Principiò hoc tenendum est: Quod communicatio Idiomatum, de qua nobis sermo instituitur, essentia non sit. Hoc namq; modo λόγος suam ma-
iestatem, tantum intra diuinitatis σοιαν simplicissimam cum patre & spiritu
sancto, cum quibus essentia unum quiddam constituit, non autem ratione iōia
distinguitur, communem haberet.

XXXV. Deinde nec Physica est, qua λόγος vel diuersam à sua essentia creet
omnipotentiam in humana natura, vel suam essentialem omnipotentiam ita
transfundat in humanitatem, ut seipsum quidem sua maiestate exuat, natura
Christi vero humana eius subiectum constituantur.

XXXVI. Quam communicationem Physicam, ut absurdam & scriptura-
rum literis contrariam expresse damnamus.

XXXVII. Nam vero non protinus inferre licet: Si communicatio Idiomata-
tum nec Physica sit, nec essentialis:
Ergo prorsus nulla est.

XXXVIII. Nam ut in diuinis multa sunt realia, que tamen non sunt Physi-
ca; Sic in diuinis aliquid reale imò realissimum esse potest, quod non est essentia-
lis.

ent trinitatis persona realiter distinctæ sunt, quas tamen essentialiter distinctas dicere blasphemum foret.

XXXIX. Porro communicatio Idiomatum, sicut unio a qua dependet personalis est, qua λόγος sua Idiomata intra suam quidem hypostasin retinet: Assimilando autem humanam naturam in unionem & carnem suarum hypostasium, simul eandem in carnem quoque realem Idiomatum sue illius hypostasius assimilat ac cuehit.

XL. Vnde perspicuum est: Quodquem admodum humana Christi natura non subsistit in se ipso, sed in persona του λόγου, sic illa quoque Idiomata non in se metispo veluti subiecto habeat, sed in persona λόγου sibi realiter communicata habeat.

XLI. Quod adeò verum est, ut nisi λόγος sua humanitatem intra complexum quasi unitatem sua hypostasius assumisset, nunquam profecto omnipotenter & ceterorumque Idiomatum, que illam hypostasin non egrediuntur, consors fieri potuisset.

XLII. Figmentum igitur illud transmutationis Physicae, quod falso nostris Ecclesiis quidam affingunt, non verbis tantum, sed re ipsa repudiari, nemo qui ista legit inficiabitur, nisi conscientia testimonio repugnare velit.

XLIII. Quandoquidem expresse scribimus, docemus, protestamur, quod Idiomata diuinitatis nunquam in aliud subiectum transeant, sed intra personam filij Dei ita perpetuo & immutabiliter maneant, ut impossibile fuisset, ea natura humana communicari realiter, nisi in illam personam filij Dei, cuius haec maiestas propria est, assumpta fuisset.

XLIV. Sicut autem carnem extra unionem impossibilis esset: sic mediante unione, non tantum possibilis, sed etiam necessaria est facta.

XLV. Nam persona verbi & maiestas huius personæ ita unum quiddam sunt, ut qui maiestatem λόγου carni communicatam neget, simul ipsius quoque personæ carnem manifeste adimat, & hoc modo unionem personalem vere soluat.

QVOD COMMUNICATIO
IDIOMATVM QVA CHRISTVS
non tantum iuxta diuinam, sed etiam iuxta humanam naturam,
sit omnipotens, omniscius, omnipræsens, sit realis, neque ta-
men velessestialis, vel Physica, sed
personalis,

ISAGOGE,

XXXI.

 Vnde humanitatem Christi (qui illâ iuxta scriptu-
ram natus, passus, mortuus est, resurrexit) omni-
potentem, omnisciam & omnipræsentem quoq;
esse fingit, id doctrinam de communicatione
Idiomatum appellat. Hoc figmentum sobrie & dextrè sibi
proponendum esse rectè videtur præcipere sibi, nisi Sophi-
sticæ turpis immunda illuie ebrium & insigniter peruer-
sum ad eam rem esse necesse sit. Et haud dubiè vitabit abfur-
da & errores & veritatem retinebit ac tuebitur, vt promissis
diues est, si veritati consentanea, & cum tetris deliramentis
pugnantia sint absurdâ & erroris labes. Denique si illud fi-
gmentum sit doctrina sana.

XXXII. Relinquendi igitur, vel refellendi illius fi-
gmenti causa summa est, prosequendi ac defendendi nulla.
Quid enim magis in Deum dici blasphemumpotest, quâm
nisi constet id figmentum (quod insigni maiestatis præco-
nio celebrat) Christum frustra a nobis, vt hominem inuo-
cari? Quasi res ficta vera esse possit, & Christus vt homo pro-
pterea frustra inuocetur. Nam commētitiam esse illam ma-
iestatem aduersarius ipsem ostendit, cum paulò antè, so-
lum Deum esse omnipotentem, omniscium & omnipræsen-
tem asseuerat. Quid enim hoc est aliud, quâm humanitatem
Christi, vt omnes alias creaturas, realiter omnipotentem, o-
mnisciam & omnipræsentem non esse?

Quare

Quare euidenter scipsum falsitatis arguit. Conuenit autem maximè hominibus, ut Cyrillus lib. 2. in Iohan. cap. 92. ait, adorationem tanquam debitam Deo offerre. Adorat igitur & Christus ut homo, postquam factus est homo. Adoratur autem semper cum Patre & Spiritu Sancto, quia Deus verus est, secundum naturam. Hæc Cyrillus. Quoties vero Christus itainuocatur, natura humana non excluditur, sed ad personam, quæ subsistit in duabus naturis, inuocatio dirigitur, ut Lucæ. 17. Mat. 15. Iesu preceptor, Domine fili Dauid, Iesu fili Dauid. Marc. 9. Domine opem fer infirmitati. Iohan. 8. cæcus responderet: credo Domine & adorauit eum. Et exempla similia passim tertio sacrè offert. Tali inuocatione non frustra affici Christum hominem res ipsa loquitur. Nam que petierunt adoratores isti, ea impetraverunt. Vnde & quando aduersarius planum faciet Christum iuxta ipsius inuenitum, non frustra inuocari?

XXIII. Nam quod falsum verum esse fingit, & minaciter absurdum colligit, & quasi gorgonem ostentat, qua rectè sentientes perterrefaciat, & in fungos vertat insolens, familiaris ei strophæ est, scilicet, quod, q. verissimum sit humanitatem Christi esse realiter omnipotentem, omnisciā & omnipresentem, & propterea inuocandam: ita nisi talis ea habeatur. Idolatriam esse inuocationem Christi, quā homo est, Sophisticatur, sed non aliter, quām callidiores ferae solent, suis ipse artibus captus tenetur, ab ijs ipsis, videlicet, potissimum deprehensus, quibus se occultare conatur, vt Basil. l. i. aduersus Eunomium scribit. Nam vbi solū Deum esse omnipotentem, omniscium, & omnipræsentem affirmauit, humanitatem Christi, ut alias creaturas realiter, omnipotentem, omnisciam, & omnipræsentem esse negauit. Ad hæc humanitas Christi non est Deus: & superius Deum solum inuocandum: & hic: Inuocationem soli maiestati diuinę conuenire ait. Quin ergo Idolatriam esse inuocationem Christi quā homo est: imprudens afferit, & scipie-

Idolatriæ astringit eo ipso, quod inuocationem humanitatis Christi Idolatriæ crimine non carere pronunciat, nisi realiter sit omnipotens, omniscia, omnipræsens. Hanc enim realem Christi, quā homo est, *κατανοεις* cum maiestate diuina nuncupat perplexè, præterquam quod fraudem bello schemate τῷ μεγάλῳ δόκιμῳ & alijs technis mirificè inuoluit.

63. XXXIIII. Facilè obtinet, quod figmentum, cui nomen communicationis Idiomatum falso vendicat, essentia non fiat. Nam mendacij nulla estratio qua fiat, nisi vanitas, qua excogitantur, sparguntur & defenduntur, que a re dissentunt. Quare & friuola est distinctio, proprietatum Dei essentialium, ratione σοίας; & personarum, propter idem commentum. Iudicent autem intelligentes ac pii, quām congruant cum analogia fidei illa verba: λόγον cum Pace & Spiritu Sancto unum quiddam essentia constituere. Quandoquidem *essentia in tribus personis diuinitatis, non est confata ex tribus, sed est eadem in tribus.*

67. XXXV. Neque de hoc admodum laborandum ipsi est, eam, quam ipse vocat Communicationem Idiomatum, rem inanem insigni titulo, non fieri Physicè. Quoniam humanitas Christi nullo modo est omnipotens, omniscia, omnipræsens, quia tantum Spiritu Christus eiecit Dæmonia, vitam restituit mortuis & proprio corpori, vidit cogitationes scribarum, cœlum & terram implet, &c. Neque enim creat Deus in humanitate Christi omnipotentiam, omniscientiam, omnipræsentiam, vt robur heroicum & fortitudinem in Samsone, sapientiam in Salomone. Cæterum communicatio Idiomatum, qua natura aliqua proprietas exuat, & in aliam transfundat, vt hęc illarum subiectum fiat, illa esse desinat; hęc, inquam, talis arbitror est Physica communicatio Idiomatum, qualis centaurus, chimera, Ceruix equina cum humano capite, & ægri somnia, Denique

que imagines rerum, quæ nusquam sunt, quas tamen phantasia format.

XXXVI. Quamobrem de hac ne quidem purgare se ne. 68.

cesserunt habuit, nisi, nomine Physicæ communicationis ipsi
veniunt etiam omnes rerum species, quæ fingi possunt, nec
tamen sunt, fuerunt, vel vñquam futuræ sunt. Tunc verò eti-
am physica idiomatum communicatio erit eius figura-
tum. Nam quòd humanitas Christi in persona $\lambda\circ\gamma\circ\delta$ realiter Videatur
sit omnipotens, omniscia, omnipræsens, id vel de aduersarij Theſ. 216.
testimonia, est eiusmodi fallax sine re similitudo; quoniam
in exordio solum Deum esse omnipotentem, omniscium
& omnipræsentem docuit. Ad quam colorandam & fu-
tandam postmodum Patrum sententias producit, quæ lo-
quuntur non de illa fallaci ac inani oratione, sed de effectis
& qualitatibus, quas $\lambda\circ\gamma\circ\delta$ -creator condit & transfundit in
carnem, quam assumit. Tum similitudinem de carenti
ferro adhibet, quod qualitates nouas ab igni concipit. De-
nique actiones omnipotentes carni Christi tribuit, quæ vn-
de sint nisi a creata omnipotentia nouæ postquam essen-
tialē omnipotentiam competere humanæ naturæ negat,
aut falsò humanitati Christi asseruntur. Frustra enim archi-
tectari miser homo personalem omnipotentiam nititur,
ut suo loco dicetur. Iudicium piorum & intelligentium
est, an verè inficietur aduersarius, quod comminiscatur
Physicam illorum trium Idiomatum transmutationem.

XXXVII. Certum autem est, communicationem Idi- 68.
omatum, quæ vñstatè in Ecclesia vocatur in propositioni-
bus quibusdam de Christo, non fieri essentialiter, quemad-
modum per modum æternæ generationis proprietates es-
senciales Patris filio conceduntur. Neque eandem fieri phy-
sicè seu naturaliter, ut cum subiectum nouas qualitates &
simil nomen aliquorum Idiomatum accipit nec tamen
adipiscitur ipsa Idiomata. Non verò ideo illa Idiomatum
communicatio nulla est. Et enim hæc talis, Quod omnia Idio-

mata viriusque naturæ Christi essentialia, communia sunt personæ in concreto, id est, ut subiectum sit vocabulum concretum, significans non alterutram tantum naturam, sed complectens integrum personam, & ut insit subiecto concreti, quod inest eius predicato licet non iuxta utramque naturam. Exempla scripturæ responsione ad Thes. 28. habentur. Sed hanc aduersarii communicationem Idiomatum nudam & erroris latibulum Thesi. 137. habet & appellat. Et cum plures communicationis Idiomatum species (vt ita dicam) non sint, & illa de qua contendit aduersarius, harum nulla verè sit, eam ex ille, verborum strepitum sine sententiæ veritate esse palam est.

70. XXXVIII. Etsi enim in diuinis multa sunt realia, quæ non sunt essentialia vel Physica, tamen internos de eo connecnit, Idiomata Essentialia Dei non esse communicata Christi humilitati per modum aeternæ generationis. Si vero alia realia intellegit, cur eorum exprimendorum pudet, si vera sunt? Non enim protinus sunt, quæ quis esse posse garrit. Neque eò, quod personæ Trinitatis realiter distinctæ sunt, distinguunt etiam Idiomata essentialia. Et tam blasphemum est distinguere Idiomata essentialia personaliter, atque personas ipsas essentialiter.

71. XXXIX. Igitur cum nulla sit Idiomatum communicatio, de qua aduersarius rixatur, nulla etiam unio personalis est, aqua dependet. Quid ergo personalis dicitur? Nam cum persona sit incommunicabilis (scilicet, ut alia natura etiam fiat & sit eadem persona) ne quidem communicatio Idiomatum illa ipsa, cuius exempla scriptura suppeditat, personalis dicitur. Imò portentosis verborum præstigijs aduersarius declarat, quod suum figmentum non sit Idiomatum communicatio. Quid enim vult? cum dicit λόγον retinere Idiomata intra suam hypostasin, An hoc? quod supra dixit, omnipotentiam, omniscientiam, omnipresentiam solius Dei propria esse, & quod inde sequitur, naturam humanaam,

manam, quam Deus verbum assum sit, non esse omnipotens? Quod si sentit, quid loci est reali communicationi proprietatum, quam sic vocat? Similes γέγονοια sunt, quod (Thesi. 25.) dicit humanitatem subsistere intra personam λόγος, & Idiomata (illa tria) humanitati intra personam λόγος tribui (Thes. 135.) Et eodem alludit, quando dicit (Thesi. 13.) quod λόγος naturam creatam in sua persona κειμενία eucxit. Sed paulo mitius arbitror, quam Eutych. loqui voluit, qui humanitatem ad divinitatem absorptam esse, immundo rostro et blasphemico sus turulentus gruniuit, ut est apud Theodor. Dialog. 2. p. 136. Neque planius est, quod ait hic λόγον assumisse naturam humanam in unitatem & κειμενία suā hypostasēs. Vetus pia & erudita propter hæreticorum insidias κειμενία vñionis voce declarabat. Nihil hic simile est. Neq; vsquam explicat, sentiatne humanitatem Christi: an hominem Christum esse Deum. Quorum illud si statuit, Eutychi subscribit, Sin istud, non humanitatem, sed hominem Christum omnipotentem recte dici fateatur necesse est, & quod præter rem accuset, ea vtentes locutione, errorem occultare, & suam opinionem esse errorem. Si hæc est assumptio naturæ humanæ in realem κειμενία Idiomatum hypostasēs λόγος, quod Christum secundum humanitatem, vel humanitatem Christi seu in Christo (nam perinde est, omnipotentem, omnisciam seu cordium cognitricem esse passim assueverat, estne discrimen inter Idiomata hypostatica, & hypostasēs λόγος? An tria sunt Idiomata hypostasēs τριῶν λόγων? ut esse seipso, sine principio, infinitum, æternum, &c. An nasci & gigni ab æterno Patre non sunt Idiomata λόγος? Cur in illorum trium, & non in cæterorum etiam κειμενία realem natura humana assumta est? An illa inter se diuisa & separata sunt? Denique quid differt unio personalis & talis Idiomatum realis communicatio? Suæ opinionis errorum quem magis deperit atq; Narcissus aliquis falsam imaginem, quasi lupum auribus tenet, neq; qui retineat, neque qui amittat habet.

Ergo

72. XL. Ergo non perspicuum sed obscurum est, quomodo velit naturam humanam in Deo Verbo subsistere, ut & il lud, quod attextit per implicationem contradictionum;

R E A L I - Humanam naturam Christi non habere Idiomata illa in semetipso
T E R S I - velut subiecto, & tamen habere illa realiter sibi communicata.
B I . Nam si humanitas non est omnipotenti subiectum, falsò eadem perhibetur omnipotens. Qualis enim res, talis est oratio. Rursus si humanitas est omnipotens realiter in persona verbi, quomodo sibi consentit, qui suprà omnipotentiam solius Dei proprium esse dixit? Neque verò affirmare audet, quòd eadem humanitas in persona verbi sibi realiter communicatam Deitatem obtineat, & sit realiter Deus.

Quare quicquid proponit, secum in explicatione pugnat. *Etsi autem Orthodoxi docent & dicunt, Quòd natura humana habeat idiomata diuina in Verbo, tamen non ad utramque naturam illa referunt, & non de tribus, Sed de omnibus Idiomatis diuinis loquuntur, & illa respectu dispensationis intelligi volunt, vt in Athanasio vidimus, & apud Vigilium idem occurrit.*

73. XLI. Quare vanissima Sophistica est (quali etiam The-sibus. 11. & 12. usus est.) *Quod humanitas Christi omnipotens, omniscia & omnipræsens esse non potuisse, nisi λόγῳ hypostatici unita fuisset. Nullam enim unionem personalem ex verbo Dei docere eiusmodi potest ob quam humanitas Christi sit Deus realiter, & per consequens, omnipotens. Perpetuò autem negligit iustum naturarum distinctionem, quæ nequaquam sublata est propter unionem, vt Symbolum Chal-cedonense habet, & sic unionem personalem suo furori pre- texit.*

74. XLII. Quia verò ementita opinio est, quòd humanitas Christi etiam sit realiter seu realissimè (vt loqui solent) omnipotens, omniscia, omnipræsens, non multum refert, an transfusionis Physicę vel alio prætextu pingatur & ven-dite-

ditur: Attamen quoniam transfusionem Physicam illorum Idiomatum figmentum nominat, & sibi ac suis complicibus seu Ecclesijs affungi ait, concedere videtur hoc quod verum est, scilicet, *Quoniam solus Deus est omnipotens, omniscius, omnipresens filium Dei qualitates creatas horum Idiomatum eiusdem nominis in naturam humanam non deriuare,* sed deinceps sibi non consentit, vt in responsione ad Thesin 36. etiam ostensum est, *Quemadmodum & quod pro suis magistris & complicibus seu Ecclesijs loquitur, probare nequit, nisi facta infecta, & scripta inscripta, vt ita loquar, reddat.* Nonne enim legitur in eorum chartis:

Dona non dimensa, sed immensa in humanitatem Christi esse effusa, Recogn. p. 29. 49. Plat. sit Genia dicto, expo- sitione.

Deitatis plenitudinem distinctam esse a Deitate & omnipotenti filij Dei. Apologia ad Thes. Ingol. p. 1. 10.

Deitatem Christi vocari, non quæ filij Dei est ab aeterno, sed quam filio hominis ab aeterno impertitus est. De mate- state con- tra Bullin. pag. 84.

Et Deitatem duo significare, Deitatem distribuentem dona & dona Deitatis distributa. De 19. 37.

Hac Magistri; quorum quam similia sunt hac discipuli? De mate- state con- tra Bullin. pag. 84.

Humanæ Christi natura non tantum dona finita adscribenda esse, Thesi 66. De 98. 97.

Divinam Christi maiestatem presupponere aeternam eius Deitatem, Thesi 98. 97. Modo maiestatis, qua sit plenitudo Deitatis, humanitatem Christi esse infra Deitatem, Thesi 68.

Ac in Confessione sua, quam exhibuit Illustrissimis Principibus Hassia, per Metaphoram excusat, quod a magistris suis dona immensa in carnem Christi effusa esse dictum est. Eodem pertinent, quæ in resp. ad The. 35. & c. 9. & 14. & ad Thes. 78. annotata sunt.

XLIII. Quare inficiando & protestando & detestando 75. more institorum, qui merces improbas extrudere cupunt a Physica Idiomatum transfusione suum dogma non fa-

AB ANALYSIN CAP. IIII.

tis expediuuit, etiam si clamitetur, quod Idiomata diuinitatis non in alienum subiectum transeantur, hypostasis λόγος non egreditur, ne deterior esse Nestorianis videatur.

Neque melius aliquid est rambe, quam reponit, quod humanitati realiter omnipotentiam, omniscientiam, omnipresentiam, communicari potuisse negat, nisi in personam filij Dei assumta fuisset. Nam eò, quod in personam filij Dei assumta est, non ipsa Deus Verbum facta est, sed realiter atque essentialiter naturae & Idiomata earum nihilominus differunt, licet naturae unà cum Idiomatis inseparabiles & hypostaticè unitæ sint. Quare non est realis Idiomatum communicatio, de qua verba fundit.

XLIII. Ergo non tantum extra unionem, sed etiam in ipsa unione impossibilis est νοιωνία maiestatis, ut suum commentum vocat & celebrat. Nec sentit implicationem contradictionum esse horibile mendacium contra Deum, qui rem simpliciter impossibilem, non modo possibilem, sed etiam necessariam esse affirmat.

77. XLV. Etsi enim persona Verbi & maiestas eius personæ realiter non differunt (ea scilicet, quam vox diuina tradidit) tamen quid illud ad hoc facit, ut humanitas Christi sit etiam omnipotens, omniscia, omnipræscens realiter quam νοιωνία maiestatis appellat. Non enim talis est νοιωνία personæ, ut caro sit facta verbum. Quare bruta fulmina sunt, quæ hiciacit; Quod qui negat humanitatem Christi esse realiter in persona λόγος, id est, etiam sui respectu omnipotentem, νοιωνία personæ carni adimat & unionem personalem verè soluat. Quam enim νοιωνία personæ (est enim persona ἀνθρώπης sc. ut alia natura vel persona, sit eadem natura vel persona) dicat, vel unionem personalem, ipse necit. Veretur ne nimis palam Eutychium se prodat, si asserueret, Caro facta est verbum, Et scripture illud: *Verbum caro factum est*, delicatulo etiam non arridet. Obiicit ergo, quasi a seruulo comico probè edoctus, glaucomam, oboculos.

Videatur
responsio
ad The. 27.

culos, ut homines ita faciat, ne videant, quod vident, impi-
get certè atque improbus ad vrgendum & inculcandum
suum commentum, quibuscumque potest fabricis & dolis.

XLVI. T H E S I S.

Accurata etiam inter duplēm gloriam Corporis Christi distinguendū
est, quarum alteram ex resurrectionis obtinet beneficium, eamq; in semetipso velut
subiecto habeat, quoad nimirum corpus Christi resurgens, qualitatem acquisivit
glorificatorum corporum.

XLVII. Respectu huius accidentalis perfectionis, Christi Corpus ad sancto-
rum gloriam comparabile est, seruat atamen graduum differentia, dicente Apo-
stolo, transfigurabit corpus nostrum humile, ut conforme fiat corpori eius gloriosō,
Philip. 3.

XLVIII. Alteram verò gloriam, de qua propriè hic agitur, Corpus Christi
habet, non quoad ex resurrectione gloriosum est corpus, sed quatenus ex unione per-
sonalipius Dei proprium corpus est factum.

XLIX. Quo sane respectu λόγος suam propriam maiestatem quam ab-
mini eternitate cum Patre & Spiritu Sancto communem habet in plenitudine
temporis assumta carni communicavit ad dextram ut reuise eam uehens.

L. Id quod nulli alteri, ne quidem angelica natura contigit: Cui enim
angelorum dixit: Sede a dextris meis. Hebr. 1.

L. Ideoq; Christus Iohann. 17. Non creata quadam & finita gloria se-
iuxta humanitatem glorificari petit, sed ea gloria, quam infinitam & increatam
semper habuit apud Patrem, antequam hic mundus esset.

LII. Atque sic gloriam suam, ut Cyrillus disertè exponit, quam semper ha-
bet, ut Deus, ut homo petit. Neque, quia gloria expersa fuit, hec ab eo dicuntur,
sed quia in gloriam, quæ sibi adest ut Deo, subducere proprium templum vole-
bat.

QVOD GLORIA CORPO
RIS CHRISTI SIT DVPLEX, A
lia ex resurrectione, alia ex unione personali, qua Christus e
tiam iuxta humanitatem sit realiter omnipotens
inclusus, (ut infra dicit.)

Thef. 116.

ISA GOGE.

XLVI.

83.



Lim viðimas non ritè secare nefas fuit apud Le
uitas. Sed aduersarius in doctrina de Christo, qui
est agnus Dei tollens peccata mundi, hoc sibi da
tum negocij putat, vt eam quassatam mali co*c*
more frangat. Quamuis inter duplēm gloriam Carnis
Christi accuratē distinguēdum esse moneat. Non enim quæ
præcipit, facit, qui callidē contrā facit, sed Gloria seu gratia
carnis Christi non tantūm duplex sed triplex est, vt tradunt
Scholastici, quorum hac in parte diligentiam commendat
Lutherus, scilicet, capit̄is, vniōnis, & habitus. Ea quæ capi
tis vocatur, est, quod filius Dei massam natura assumptā, in qua to
tum opus redēctionis perfecit, sociam fecit omnium victoriarum
suarum aduersus regnum peccati & moris, & in eadem a morte
resuscitatus & ad dextram Patris collocatus, & ad regnum &
sacerdotium perpetuum exaltatus, factus est caput Ecclesie perfici
ens omnia in omnibus, Ephes. I. Sed huius nullam mentio
nem existimauit faciendam, cui opus est lacuna, in quam in
fariat maiestatem, quæ dicitur ita ab ipso postea, qua hu
manitas Christi sit omnipotens, omniscia, omnipræsens
ē*ençyklus*, id est, actu secundo. Adhac gratiæ habitualis
coactus voluntate sua etiam obliuiscitur, quæ ante resurre
ctionem fuit, vt aliquid spacijs relinquat maiestati, qua sit o
mnipotens humanitas Christi a punto conceptionis, vt
postmodum loquitur vel potius nugatur, *ençyklus*, id est, actu
primo.

Thef. 116.

Primo. Hanc verò in presentia gloria carnis, exvnione
dicit.

XLVII. Ceterum gloria carnis Christi, quam grati- 84.
am habitualem Scholastici vocavit, ante & post resurrectionem gradibus differt. Quamobrem cum in hac vita habentes primicias Spiritus Christi conformentur ad eius imaginem, ut similia eorum, quę in ipsis carne facta sunt & fiunt, in illis etiam efficiantur. Verissimum est quod Leo dicit,
Excellit Caro Christi non diversitate generis, verum sublimitate Epiph. 10. II.
gradus virtutis. Si etiam conferatur cum gloria, quam su-
mus habituri post hanc vitam iuxta dicta: *Reddet ipse Christus nostra corpora suo corpori conformia, quemadmodum gesta- Philip. 3.
vimus imaginem terreni Adami, gestabimus etiam imaginem ca- 1. Cor. 17.
lestis. Erimus enim ei similes, & cum patefactus fuerit, nos cum eo 1. Iohann. 3.
quoque patefiemus gloriosi. Faciet enim nos sedere secum in cælesti- Colos. 3.
bus. Sed si agnum totum & immaculatum cum Israelitis co- Ephes. 4.
medere libet, nō tantum illa gloria habitualis carnis Christi
a resurrectione, (quę carni proprietate essentię in sece, & vni-
cę in vnione personae conuenit) afferi, sed neq; alia affingi,
neq; excludi idcirco debet, quę ante resurrectionē fuit, ex
qua differētia graduū glorię, in comparatione carnis nostrę
& Christi maximè confirmari potest. Non enim fabula est,
quod Lucas dicit, vt Lutherus præclarè vrget, sed vt verba
sonant, ita simplicissimè res quoque euenit: *Quantum ac-
cessit etatis, tantum & magnitudinis, Quantum verò magni-
tudinis, tantum & rationis, vt quę ratione auctior, ita Spiritu
tu quoque euasit robustior & sapientia plenior coram Deo
& hominibus. Itaque dona Spiritus Sancti, (quę gratiam
habituellem vocant) non a resurrectione demum, sed ante
etiam in carne Christi fuerunt insigniora, quām in alijs ho-
minibus & de ipsis coniunctim loquitur Baptista: *Quem misit
Deus verba Dei loquitur. Non enim huic admittitur Deus Spir-
itum, & Psalm. 4. Speciosus præfilii hominum, dilexisti iustiti-
am, propterea unxit te Deus, Deus tuus, præconsortibus tuis. Uni-***

cuique autem nostrum data est gratia pro mensura doni Christi.
Ephes. 4.

85. XLVIII. Genere differunt gratia seu gloria vnionis & habitualis. Nam illa ad quartum, hęc ad tertium gradum pręsentię Dei refertur, vt in scholis loquimur. Est autem gratia unionis, quod aeternus ac unigenitus Dei filius massam natura assumt & sibi propriam fecit, eamque vniione hypostatica seu personali inseparabiliter ac inconfusè sibi copulauit. Et propterea de solo hochomine seu filio semper virginis, recte dicitur: Quod homo Christus sit aeternus, omnipotens, Dei filius, & haec persona, que est filius Dei & Mariæ, ab omnibus creaturis rationablibus, angelis & hominibus adoretur & inuocetur una eademque inuocatione. Testimonia sacrarum literarum suprà recita ta sunt.

Huius plenioris doctrinæ præsidio diffidit. Et ex particula eius, quam retinet, vt aliqua veri specie detineat & capiat simplices & incautos (scilicet quod corpus Christi sit factum proprium Corpus Dei) non plus constat, quod massa naturæ humanæ quam assumbit Deus Verbum, sit realiter Deus vel ipse Λόγος σωτήρ. Ergo fallitur atque fallit, qui corpus Christi ex vniione hanc gloriam habere contendit, quod sit realiter omnipotens, omniscium & omnipræsens. & hoc commentum gratiæ habitualis loco obtrudit, quæ ante resurrectionem fuit, quam petulanter proterit.

86. XLIX. Neque expedire se potest ex laqueo, in quem se induit, quod carnem non tantum filio Dei à quo assumta est, sed etiam Patri & Spiritui Sancto exæquet. Fatetur enim maiestatem omnipotentiaz, omniscientiaz & omnipræsentiaz illis ab omni aeternitate esse communem. Neque enim illa in personis diuinitatis distinguitur verè & realiter, quod eam propriam filij dicit, quæ cum personaz diuinitatis inter se conseruntur tantum communis est. Si quidem neque propriam filij Dei dicturus erat, nisi erroris pertinacia ficeret, in qua recte doceri & disputari non potest.

Potest. Bis autem dat verba, quod semel fecisse nimium erat, quod illo suo figmento & ad dextram Dei euhatur Christi caro.

L. Nulla quidem creatura in societatem potentiarum & regni, de quo propheta rex loquitur Psal. 110. nisi caro Christi electa est, in quo omnibus creaturis una dominatur: tamen ita omnia Christo subiecta dicuntur, ut excipiatur is, qui omnia ei subiecit, id est, ut SOL VS DEVS sit omnipotens & Christus tantum iuxta diuinam Naturam sit omnipotens & PATER: essentia aequalis.

Et talem Christum, qui sit quoque carne omnipotens, scriptura nescit, ut Epistola ad Hebr. de illo, qui sit verus Deus & homo, agit.

LJ. AEternam sanè gloriam in agone illo suo omnium tristissimo & acerrimo Ioh. 17 petiuit, quæ est, ut in auxilio & gloriose liberatione, quod sit Deus verus & filius Dei, in carne ipsi hypostaticè unita innotesceret, quemadmodum & patrem suum nomen glorificare petebat, id est suam gloriam illustrare, quam habebat. Hoc igitur non est figmentum, ut declararetur & humanitas ipsius esse realiter omnipotens. Quod Thesi 98. aduersarius ab æterna Deitate Christi, quæ nihil differt ab æterna eius gloria discernit. Frustra igitur disertis verbis ardentissimæ precationis Christi interponit suam glossam, Qua ostendit non inesse ipsis, quam vult, sententiam.

Ad hæc de gloria ex resurrectione dicta, quomodo ad gloriam ex unione, quæ iuxta aduersarium ANNO tricesimo quarto antecepit, detorquentur? Sed cōfugiet hic ad distinctionem primi & secundi. Ea vero tantum est creaturarum.

LII. Congruit cum Christo; magistro, Cyrillus germanus discipulus huius mutilauit orationem probus artifex. Nam sub verba quæ hic recitauit, ille pergit: Imò vero ipse cum carne sua, ob quam non nihil de decoris accidente videba.

AD ANALYSIN CAP. III.

*Ad calcem
locus Cyril.
(ex 14o cap.
in lohan)
qui plenè
hac expi-
cat, ascri-
ptus est: de
dicto: Pa-
ter clarifi-
ca filium
tuum.*

videbatur in cœlos & ad suam gloriam redijt. Quid verdi manifestum clarumque est, quām Cyrillum dixisse reditum ad gloriam, quod vt Roman. i. scribitur, *Demonstra-
tus est filius Dei potenter secundum Spiritum sanctificationis per
resurrectionem, quā caro Christi ex infirma, passibili & mor-
tali, facta est impassibilis, immortalis, agilis, lucida, leuis, &
accessit ingens gloria & ineffabilis. Conspectus essentiæ di-
uinæ, prærogatiua donorum & nātæ pērçov superans omni-
um creaturarum dona, ita vt hæc persona, quæ est Deus &
homo exaltata in regno & sacerdotio, supra omnes crea-
ras sit deinceps iuxta vtramque naturam gloriosum caput
Ecclesiæ, perficiens omnia in omnibus electis. At non extin-
ctam neque mutatam esse glorificatione substantiam hu-
manæ naturæ, nec proprietates, quæ sunt essentiæ exuisse e-
am, & diuinæ sibi vendicasse *Cyrillus ostendit, quod Christum
carne sua in cœlos redisse dicit.* Quare neque ante, neque post
resurrectionem humanitas Christi omnipræsens, & per con-
sequens neque omniscia, neque omnipotens est vel fuit.
Imò Christus secundum Cyrillum, aduersarij confessione
vt homo inuocat. Ergo neque Deus, neque omnipotens
est, quā homo est, *Omnipotens enim non inuocat, sed inuoca-
tur, non ope indiget, sed opitulatur.* Qualis causæ patronus est
aduersus quem testimonium dicunt aduocati.*

LIII. THESSI,

*Ceterum falsò quidam ex hac communicatione Idiomatum essenti-
lium (qua alias toti Trinitati communia sunt) Patris quoque & Spiritus Sancti
incarnationem sequi ratiocinantur.*

LIV. Evidem si λόγος sua idiomata communicaret carni, quod sim-
pliciter & absolue toti Trinitati sunt communia, tum sanè ista ratiocinatio
procederet.

L.V. Verūm non hac ratione, sed sub sua tantum persona & sic quatenus
relatè determinantur in hypostasi filij DEI suas proprietates communia-
tari.

SICUS

LVI. Sicut enim (verbi gratia) omnipotentia absolute considerata toti trinitati communis est, sic relate considerata limitatur tribus hypostasis.

LVII. Ita ut pater sit omnipotentia ingenita, filius omnipotentia genita, spiritus S. omnipotentia procedens, una quidem ad numerum & similitudinem trinitatis, sicut & ipse Deus est unus & similius trinus & personaliter.

LVIII. Quae relationes cum nude & inane non sint, ut Sabellius somniant, sed vere reales, potuit utique propter realem istam personarum distinctionem omnipresentia essentialiter & communis toti trinitati, humanae naturae non quidem essentialiter seu & similius sed & personaliter, & sic sub una persona τὸ λόγον realiter à patris & spiritus S. personis distinctas communicari.

LIX. Non animaduertunt autem aduersarij, quod si huius argumenti consequentia contra communicationem Idiomatum militaret pari planè ratione ipsam quoque unionem personalem labefactare posset.

LX. Quis enim non consimili modo ita colligeret: Diuinitas τὸ λόγον est communis totius Trinitatis indubitate vna & similius. Ergo impossibile fuit distinctionem filij personaliter vniuersitati, nisi simul diuinitas patris & spiritus S. vniuersitati humanitati, cum una individua diuinitas sit omnium personarum diuinitatis.

LXI. Ergo hinc concluderet aliquis aduersariorum exemplo, aut patrem quoque & spiritum S. incarnatos esse, aut nullam factam incarnationem.

LXII. Quod si vero diuina filij natura quantumvis essentialiter patri & spiritui S. communis, nihilominus ipsorum aduersariorum confessione personaliter sub solius filij DEI persona vniuersi potuit humanae naturae sine incarnatione patris & spiritus Sancti;

LXIII. Quid ni pari modo eadem diuinitas τὸ λόγον communicari potuit etiam humanitati sub solius verbi DEI hypostasi, ut similiter hinc quoque nec pars aut spiritus S. incarnatione sequatur.

QVOD EX REALI COM-
MUNICATIONE TRIVM IDIOMA-
tum omnipotentia, omniscientia, omnipresentia, &c. non infi-
natur etiam incarnationis Patris & spiritus Sancti, Quoniam eadem
non sequatur unionem personalem massa naturae humanae
cum filio Dei, & Idiomata carni Christi realiter tri-
buantur, quatenus in persona λόγῳ de-
terminantur,

ISAGOGÉ.

LIII.

90. **N**E I solum Deum esse omnipotētem, omnisciā
& omniprēsentem a principio asserit, multò ve-
riū & solidiū demōstrat, falsam esse hypothe-
sin; Quòd humanitas Christi sit etiam realiter
omnipotens, &c. (quam communicationem Idiomatum
passim dicit:) atque eandem hypothesis in præsentia veram
esse probat, Quod inde perperam colligi incarnationem
Trinitatis asseuerat. Imò ne quidē sine sophisticis præstigiis
docet, quod vitiosè inde colligatur Trinitatis incarnationis.
Videatur nepp. ad Thef. 34.
92. 93. Quandoquidem ALIAS, id est, extra illam falsam hypothe-
sin, Idiomata essentialia tribus personis diuinitatis commu-
nia esse concedit, & cumulum superiorum paradoxorum
accessione nouorum auget. Sed Iurisconsulto religio est di-
stinguere vbi lex non distinguit. Estne Theologus deterior?
- L IIII. L V. Ergo, quia legitimè ostendere non po-
test, humanitatem Christi esse realiter omnipotentem, o-
mnisciā, omniprēsentem, & perperam inde colligi trini-
tatis incarnationem; adoleqzā admittit, quòd illa Idioma-
ta realiter humanitati Christi competere contendit, quate-
nus ea relatè determinat in persona λόγῳ. Nam non dicit
naturam

naturam illam humanam Christi esse Deum realiter, quatenus Deitatem relatè determinat in persona λόγος. Tum ut Thomas p. i. q. 39. art. 2. dicit: *In diuinis relationes sunt subsistentes, ideo secundum quod habent oppositionem ad inuicem, possunt distinguere supposita. Neque tamen distinguitur essentia, quod relationes ipsa non distinguuntur secundum quod realiter idem sunt cum essentia.*

LVI. LVII. Frustra igitur hypostasin ingenitam dicit omnipotentiam ingenitam; hypostasin genitam, omnipotentiam genitam; hypostasin procedentem, omnipotentiam procedentem. Nam si æterni patris essentia aliam gignit, aliam emittit, quis non videt totidem Deos fore, quot essentias vel omnipotentias? Item, quod addit, esse TRINUM DEVUM PERSONALITER, ESSE TRINAM OMNIPOTENTIAM PERSONALITER. Quotidiana Ecclesiæ verbis sunt, esse tres personas diuinitatis, Patrem esse omnipotentem, filium esse omnipotentem, spiritum Sanctum esse omnipotentem, & symbolum Nicenum negat esse tres omnipotentes, & ait unum esse omnipotentem, negat esse tres Deos, & ait unum esse Deum. Si est Trinus Deus personaliter, sunt tres Dii personaliter. Si est trina omnipotētia personaliter, sunt tres omnipotentes personaliter, ut si tres animæ hominis potentialiter dicuntur, ternæ quoque animæ hominis potentialiter rectè perhibentur. Et contrà Petrus Aliacensis, qui consubstatiatio- ni occasionē dedit, alicubi scriptit esse tres Deos & esse tres omnipotentes, negat tamen id satis constanter asseverare est ausus, te- & Luther L. de Captiuitate Babilonica. Illum Aliacen- sem fortassis aduersarius emulatur.

LVIII. Frustra etiam perstringit Sabellium tantum, qui relationibus realiter personas distingui impie negavit, Et benignè parcit Arianis, qui non tantum personas, sed etiam essentiam diuinam realiter differre blasphemè docēt. Si propterea etiam relationes nudas dicit, quod iis dunatae personas & non essentiam realiter differre Ecclesia iuxta

verbum Dei tradit, nihil nouum admodum facit. Similitet enim nuper non referentes illa tria Idiomata etiam ad humanitatem Christi, vnonem personalem nudam habere & fingere aſſeuerauit.

97. LIX. Verum autem est, si vno personalis, nihil sit aliud, quam quod aduersarius vult, humanitatem Christi esse realiter omnipotentem, omnisciam, & omnipræsentem. Quam etiam communicationem Idiomatum realem vocat, vt ex hac communicatione Idiomatum, ita ex illa vno, ne incarnationē trinitatis reſtē inferri. Sed non illa, Verum hæc est vno personalis, qua filius Dei assumpſit humanā naturam & vntuit eam ſibi hypostaticè, non tantum inseparabiliter, ſed etiā inconfusè, vt Symbolo Chalcedonensi iuxta scripturam conitemur: Si de hac loquitur ſuo commento ſalutem dicat necesse est, aut perabsurdus est, ſi eo, quo conuellitur blasphemia, etiam doctrinam cælestem labefactari delirat.

98. LX. Sed ſi cum scriptura & Ecclesia omnium temporum ſentit, cur non vtitur libentiū verbis, quæ ſpiritus Dei dictauit, vt Rusticus Diaconus monet, ne diſcrimen nature communis & indiuidui inuoluatur cum Acephalis & SABELLIO, his videlicet, VERBUM CARO FACTVM EST, formam ſerui, ſemen Abrahæ assumpſit. Et quid vult, quoddiuinitatem τὸ γόγγον communem esse Trinitatis & θεοῦ dicit? Quæ oratio non ſaltem, quod est commune trium hypofeion diuinitatis, ſed etiam hypofafin λόγος oſtendit, Quæ certè non eſt communis patri & ſpiritu Sancto, Quāto ſimpliciore eſt illa oratio Rustici, Natura DIVINA EST COMMUNIS TRINITATI SANCTAE.

99. LXI. Ergo confuſione eſſentiæ & personarum ſeu indiuidui & nature communis admissa (vt ita docendi cauſa cum Rustico loquamur) concludetur aut patrem aut ſpirituum Sanctum quoque eſſe incarnatos, aut filium Dei non eſſe incarnatum.

^{100.} ^{Pig. lib. 24. c. 4.} LXII. Fatemur autem, ne diſcrimen indiuidui & na-

tura communis inuoluatur cum Acephalis & Sabellio, &
ne essentia Dei discerpatur cum Ario, Quod verbum caro fa-
ctum est, assumpsi formam serui, semen Abraha. Sicut igitur
incarnatus est filius Dei & non simul incarnatus est pater
aut spiritus S. Quemadmodum & cū pater cælitus testatur
de Christo, qui Iordanis vnda perluitur & inaugurator, hic
est filius meus dilectus, hæc vox non est filij aut spiritus Sancti
vox. Et spiritus Sanctus non pater aut filius, manifestatur vi-
sibili emphasi columbae pandentis alas super mediatore.

LXXXI. Propterea verò homo Christus est Deus & non ^{101.}
humanitas eius est realiter Deus sub hypostasi λόγος. Quare
& homo Christus est omnipotens, & humanitas non est o-
mnipotens realiter sub hypostasi λόγος. Nam humanitatem
esse realiter omnipotentem sub hypostasi λόγος, id diuinita-
tem τῷ λόγῳ communicari humanitati sub verbi hypostasi
dicit. Non enim quemadmodum persona realiter differunt, ita &
Idiomata Dei essentialia realiter per & propter relationes diffe-
runt. Quare si propter incarnationem λόγος, natura humana,
quam assumpsit, realiter omnipotens, omniscia, omniprä-
sens habeatur, eadem realiter Deus habeatur necesse est.
Nam quorum sunt eadem proprietates, horum eadem quoque est
natura & essentia. Si iam confundatur discrimen individui &
naturæ communis, æquè incarnatas esse tres personas diu-
nitatis sequitur, aut nullam factam incarnationem. Quid?
quod dedit antè, humanam Christi naturam non esse om-
nisciam, omnipresentem, omnipotentem, quatenus illa
Idiomata absolute toti trinitati sunt communia, nisi pon-
tur incarnatio trinitatis: Sed tantum absolute illa Idioma-
ta sunt communia tribus personis diuinitatis: & sentit ad-
uersarius nihilominus humanitatem Christi realiter om-
nipotentem esse. Ergo ex illius hypothesi procedit incar-
natio Trinitatis. Postremò si etiam vitiosè ex impossibili-
tate quippiam colligatur, non ideo possibilis & necel-
laria illa efficitur. Esta autem impossibilis propositio, quod

Videatur
resp. ad
The. 34, 53.

54 56.

AD ANALYSIN CAP. VI.

& humanitas Christi sit realiter omnipotens. Aut falsa est assertio Theseos 10. quod solus Deus sit omnipotens. Sed hoc verbo Dei ita traditum accepimus. Quare eo merito acquiescimus. Nam ut Cyrillus p. 92. inquit, *Filius hominis non est eius potestas, Dei autem potestas est, Filius*, ideoque plenè & perfectè potens pater, quoniam pater potestatis est, potentissimus & omnipotens filius &c quoniam sibi potestas eius est.

LXIII. THESES.

Hac autem κοινωνίᾳ maiestatis, quam docemus, nulla vel naturarum vel proprietatum introducitur confusio.

LXV. Aliud enim κοινωνίᾳ naturarum est, aliud earundem confusio. Et inconfusas quidem naturas in Christo docent Apostoli, & κοινωνίας δὲ φύσεις τοῖς ιατραῖς non Paulus Apostolus, sed Paulus docuit Samosatenus.

LXVI. Κοινωνία vero non donorum querundam finitorum intelligitur, quam Samosatenus quoque haud grauatum concepsit, sed eam naturarum κοινωνίαν, qua λόγος seipsum totum atque adeo omnem plenitudinem Deitatis communicauit carni assumta.

LXVII. Quatamen κοινωνίᾳ, usque adeo non confunduntur naturae, ut potius hac ipsa manifestum discriminem retineatur inter id quod sese communicat & communicatur. Omnis enim κοινωνία inter duo ad minimum est.

AD ANALYSIN CAP. VII.

QVOD REALI COMMUNICATI
ONI TRIVM IDIOMATVM

omnipotentia, omniscientia, omnipresentia, non ponatur
naturarum vel proprietatum confusio in
persona Christi,

ISAGOGE.

LXIII.

102.



Praefationem, quod non introducat confusio-
nem Idiomatum, dum rixatur humanitatem
Christi

Christi esse realiter omnipotentem, omnisciam, omnipræsentem, variis præstigiis cauillationum fucat. Appellat illā fanaticam opinionem, *κονωνίαν* maiestatis.

LXV. Negat idem esse, *κονωνίαν* naturarum & carum 103. confusionem, Et vituperat Paulum Samosatensem, Sed sentire, quod humanitas Christi sit realiter omnipotens vel Deus, nō melius est, quam negare cum Samosateno & Nestorio, qui nepos illius fuit, duas naturas diuisas ac separatas esse, *δύο Φύσεις διηγμένως εχόστας καὶ πρὸς ἑαυτὰς* (vt eos scribit sensisse Theodorus presbyter Rhetensis) παντάπασιν ἀνανιώντες. i. prorsus vñiri nō posse hypostaticè. Laudat Apostolos, quod doceant duas naturas inconfusas, Si serio id facit, cur non Apostolorum more, quod naturæ diuinæ est, ei reslinquit & asserit soli? Videantur ad calcem Cyrilli verba ex lib. 10. Thes. c. 2. de miraculis & distinctione Idiomatum.

LXVI. *κονωνία* donorum finitorum in ipsa etiam v. 104. nione personali duarum naturarum Christi facta non simpliciter repudianda est, vt in responsione ad Thesin 47. vbe- riū dictum fuit. Seruent istæ autem & Samosatenus & similes heretici, qui Christum ψιλὸν ἄνθρακα faciunt, & verum Deum esse & de essentia patris & αὐτοցεον negant, etiam Spiritum absque mensura & totam plenitudinem Deitatis ipsi largiuntur. Quo circa non verba solum, sed & fidem Apostolorum imitari & tenere, hac demum vera pietas est. Si adeò vera sunt, quæ a suis magistris accepit, cur non integra potius, quam mutilata eorum phrasa vtitur, hac videlicet, *Dona non dimissa sed immensa in carnem Christi esse effusa*. Quis Apostolorum ita loquitur: λόγος etotum communicavit carni assumptæ. Epistola ad Hebraeos inquit, *Iesum participem factum esse carnis, & Nazianzenus id secutus, distinguens vnonem personalem ab aliis gradibus præsentiae Dei in creaturis, dicit, Christus non est homo particeps Deitatis, sed est Deus particeps carnis & sanguinis*. Denique quid sibi vult illis verbis, aut quam *κονωνίαν* naturarum appellat? Humanitatem Deum dicere

non audet. Si dicat hominem esse Deum, inde sequitur, nō
humanitatem, sed hominem esse omnipotentem. Ipse igitur
quid blatiat, nescit neque omnipotentię, omniscientię,
omnipræsentię vocabulis exprimitur, satis, quod est omnis
plenitudo Deitatis. Et quando Apostolus inquit, *In Christo*
habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter, hoc vult, quod filius
Dei cum omnibus Idiomatis diuinis naturæ assumta
inconfusè & inseparabiliter unitus est ut sit una hypostasis,
ut Athanasius p. 243. scribit. *Corporaliter habitauit in carne di-*
ninitas, id est, cum Deus esset, proprium quoddam corpus cepit, eog-
ut organo utens homo factus est propter nos. Ideoq; que propria
sunt carnis etiam de illo referuntur, nimirum quia in carne consi-
stebat, qualia sunt esurire, sitiare, pati, flagitari, aliaq; id genus, que
caro in se recipit. Quin & ea opera, que sunt propria verbi
qualia sunt mortuos excitare, caxis visum reddere, hamorrhias
sanare, ea quoque omnino corporis ministerio peragebantur. Et
quemadmodum verbum carnis infirmitates baiulabat, ut suas
neque id mirum, erat enim caro ipsius; ita viciissim quam caro sui
ministerio diuinitatis operibus inferiebat, illa opera in carne fit-
bant. Quia caro illa erat corpus Dei.

105. LXVII. Itaque, ut Hormisdas apud Cedrenum dicit,
quod confusio proprietatum, naturas tollat: sic aduersarius pro
sua confusione Idiomatum, ut videatur naturarum *convenian-*
& unionem ponere, glaucomam ob oculis oblicit. Etsi au-
tem nihilominus naturas duas fatetur; tamen quia iustum
discrimen proprietatum nō custodit quin, ut Eutychei ve-
teres, etiam essentiarum differentiam, quantum in ipso est,
aboleat. Propterea enim, ut a Vigilio, Gelasio & Theodo-
reto literis & memoriæ proditum est, Synodus Chalcedo-
nia aduersus illos hæreticos decretum proposuit. NE QVA-
Q YAM E S S E N T I A R V M D I F F E R E N T I A M propter unionem
esse sublatam. Quid? quod & Eutyches duas naturas esse ante
resurrectionem confessus est, teste Nicephoro. Et non est i-
gnota Lutheri vox: Christum facere hominem omnipotentem

(sc. quā homo est) est naturas & earum actiones imprudenter per-
miserit.

LXVIII. T H E S I S.

*Exequatio quoque naturarum a nobis docetur nulla: Siquidem huma-
natura non tantum ratione essentiae, verum etiam si modum maiestatis respi-
cias, infinito infra diuinitatem interuallo manet.*

LXIX. *Quamvis enim λόγος, ut supra dictum est, suam propriam maiestati-
tem comunicauerit carni, tamen hec ipsa vna eademque maiestas longè sublimiori
modo liuinitati, quam humanitati tribuitur.*

LXX. *Non enim diuinitas maiestate omnipotentie, tanquam alio quodam
se diuerso perficitur: sed est simplicissima & citravilla discretionem ipsa sua
omnipotentia.*

LXXI. *Nam si Deus vlo alio modo ratione τοιας distincto, melior perfe-
ctio fieri et, tum non esset seipso summum perfectissimumque bonum, id est, non
esse per essentiam D E V S, ut pote qui alterius cuiusdam, puta omnipotentie & ho-
nitatis (scilicet a Dei essentia diuersum quid essent) melior perfectiorque redde-
retur, quod esset indigenia argumentum.*

LXXII. *Ergo Deus in summo & eminentissimo gradu infinite perfectionis
per essentiam nimirum bonus sapiens & omnipotens est, vel potius ipsa bonitas,
sive τύπος γαδερ.*

LXXIII. *Hanc solius Dei perfectionem absolutissimam, humana Christi
natura nunquam competere disertē, quam non ipsam omnipotentiam esse, sed o-
mnipotentia τῷ λόγῳ, tanquam alio quodam ab humanitate Christi ratione τοι-
as diuerso, personaliter perfici scriptura docet.*

LXXIV. *λόγος igitur essendo, humana natura habendo, λόγος τοια, hu-
mana natura τοια, λόγος per naturam, humanitas per gratiam est omnipo-
tentis, λόγος seipso, humana natura non in seipso, sed in persona λόγος, in cuius no-
mena assumitur.*

LXXV. *Denique omnipotentia solius diuinitatis proprietas est, & manet,
& in omnem aeternitatem non sit proprietas sive idioma humanitatis.*

LXXVI. *Alias caro Christi ex proprietate sua naturae esset omnipotens, &
omnipotentiam non aliunde haberet, nempe ex ynione cum λόγῳ, eāque in semet-
ipso velut subiecto haberet.*

AD ANALYSIS CAP. VIII.

LXXVII. Nihilominus autem omnipotentia (que solius Deitatis Idiomam est) humanitati non verbotenus, sed realissime communicari afferimus. Aliud est enim alteri quipiam verè communicari, aliud eius Idiomam fieri.

LXXVIII. Sicut ferri Idiomam non est ut vrat, siquidem ferrum, quatenus ferrum ex se suæ nature propria conditione nunquam virit, quantumvis hoc d'vrauus vrendi, quæ solius ferri est ferro communicatur.

LXXIX. Ex quibus omnes intelligunt, Commentum illud Physica exequationis nobis immerito imputari, cum nec ratione essentia, nec ipsius etiam maiestatis modo naturam humanam diuina exequatam esse accurata diligentia docemus, firmiter tenentes illud Athanasij, æqualis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem,

AD ANALYSIS CAP. VIII.

Q V O D R E A L I C O M M V
N I C A T I O N E O M N I P O T E N T I A E

omniscientia & omnipresentia non statuatur exequatio dualis
rum naturarum Christi.

I S A G O G E.

LXVIII.

103.



VORVM sunt eadem proprietates, illorum est
eadem natura. Quamobrem donec sentit etiam
humanitatem Christi esse realiter omnipotentem,
eam diuinitati exequat. Fatetur quidem natura
humanam essentiâ esse infra Deum, Sed quod vna manu
dedit, altera protinus eripit, quum maiestatem quam vocat,
scilicet omnipotentiam, omniscientiam, ipsi nihilominus
asserit. Cuius tamen figmenti inanitatem & commentitia
distinctione & repetitione priorum quarundam officiarum
prodit. Nullus enim modus est, quo humanitas Christi sit
omnipo-

omnipotens realiter, siquidem solus Deus est omnipotens,
vt semel iuxta scripturam confessus est.

LXIX. Dixit sanè, quod λόγος suam propriam maiestatem communicauerit carni, id est, quod humanitas Christi non Patris aut spiritus Sancti, Sed ipsius filij omnipotencia sit realiter omnipotens. Sed nō ausus est asseuerare, quod humanitas eadem ipsius filij Deitate sit realiter Deus. Quatenus nihil veri dixit. Et quia saltem propter litem suam distinguit antea maiestatem seu omnipotentiam in tribus personis diuinitatis, & nunc in duabus naturis Christi, quantò reatu & tutiū assentimur Ecclesiae, quę canit: Maiestas par & Potestas, & Ignatio, Non sunt tres incarnati, neq; unus trinomini, sed tres eiusdem maiestatis & essentiae. Imò scripturæ Ioh. 5. Pater meus usque modo operatur & ego operor. Ut pater resuscitat mortuos, ita & filius resuscitat. Psal. 2. Reges eos in virga ferrea & tanquam vas figuli confringes eos, Psal. 110. Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum &c. Pater in memanens ipse facit opera, Ioh. 14. Hinc Athanasius p. 248. dicit: Omnia pater dedit filio, omnia pater in filio possidet, filioque possidente pater vicissim caretinet.

LXX. Αδολεξία est, quod diuinitas maiestate omni-potentiæ tanquam alio quodam a se diuerso non perficiatur, quasi humanitas Christi ea perficiatur, vt sit realiter omnipotens. Sed hoc falsum esse toties iam ostensum est, vt non sit opus repetitione.

LXXI. Alia ἀδολεξία est, quod modo ratione στιας a 106, se distincto Deus omnibus numeris & gradibus, vt ita loquar, perfectissimus, nullam perfectionis accessionem admittat, Quasi modus sit, quores maiestate omnipotentiæ perficiatur ratione personæ, verbi causa, quo humanitas Christi realiter fiat omnipotens. Sed quicquid est omnipotens, tantum στιας est omnipotens. Etsi enim pater aeternus filio coetero communicat omnipotentiam & essentiam per modum generationis, & spiritus Sanctus itidem coeter-

nus, tertia eiusdem essentiæ persona est per modum processionis: tamen nihilominus ut pater, sic filius. sic spiritus Sanctus essentiæ est omnipotens, & summum perfectissimumq; bonum. Neque est sua peculiaris essentia vel omnipotentia, aut patri, qui gignit filium, aut filio, qui est genitus & imago patris ἐστιώδης, vel spiritui Sancto, qui ab utroque procedit. Non enim essentia communis est extra personas tres diuinatatis, neque eadem communis essentia in personis, per modos subsistendi & relationes distinguitur. Itaque & Thomas p. i. quæst. 39. art. 5. docet, *Ea, quæ sunt propria persone, non posse essentiæ tribui. Quia significaretur distinctio in essentia, id est diuisio Deitatis.* Eodem pertinet, quod aduersarius nunc non molitur per modos subsistendi discerpere Idiomata Dei essentialia, quemadmodum faciebat prius.

107. LXXII. Itaque Deus essentiæ est omnipotens, omniscius, omnipræsens, infinitum perfectissimumq; bonum, & est ipsa etiam bonitas, omnipræsentia, æternitas, omnipotentia, *autò ἀρχὴν, vnicè;* Et natura, quæ non est ipsa omnipotentia, omniscientia, omnipræsentia, bonitas essentialis non est summum perfectissimumq; bonum. Etsi enim esse quiddam: & essentia in creaturis differt: tamen in Deo non differt. Nam Deus Ichoua dicitur, quæ essentia diuina est, seu Deitas; Item vita & viuus. Quare Cyrillus de recta fide ad Theod. pag. 260. inquit: *Eum, qui dicit sum vita, pronunciare etiam Exod. 4. Ego sum, qui sum.*

LXXIII. Largitur autem humanitatem Christi non esse omnipotentiam, bonitatem, æternitatē, &c. Et nullus est modus & gradus, quo aliquid sit realiter omnipotens, nisi is, quem summum, & eminentissimum infinitæ & absolutissimæ perfectionis dicit, quo etiam pater Deus est, ut filius Deus est, & contrà Ioh. 10 *Ego & pater unus sumus, & ego in Patre sc. perfectissimo modo, qui est per essentiam.* Neque enim persona est in persona, cùm sint distinctæ, neque proprietates essentiales realiter ab essentia differunt. Quare cū eadem

eadem sit omnipotentia filij quæ est patris & spiritus Sancti, manifestum est humanitatem Christi prorsus non esse realiter omnipotentē, aut exæquari tribus personis diuinitatis. Dicit quidem aduersarius, quid humanitas, quā Deus Verbum assumxit, perficiatur ipsa τὸς λόγος omnipotentia personaliter, sed cum non ex scriptura, quam iactat, testimonium proferat, quod omnipotentia λόγος sit distincta ab omnipotentiā patris & spiritus S. nec humanitatē esse filiū Dei assertat, & ritè doceat, laterē lauat, & pro suo scopo nihil dicit.

LXXIV. Rursus igitur ἀδολεξιαν. i. nagationē admittit, quod humanā naturā quatuor modis realiter omnipotentē esse singit, scilicet habēdo, εἰστία, per gratiā, in persona λόγου. Quippe humanitas Christi nullo istorū modoru est realiter Deus, seipsa, æterna, infinita, essentialiter vita, iusticia, &c. Imò si est habēdo & εἰστία omnipotēs, eadē est εἰστία omnipotēs. Nō enim pater æternus qui in scriptura habere vitā dicitur, ideo σωτήρ non est vita, Neque filius, qui esse vita dicuntur, ideo εἰστία maior patre. Et natura, quæ habet autoritatem & potestatem exerendā omnipotentiæ, qui non etiam sit εἰστία omnipotens? Nam Ariani, qui filium ab æterno patre discernebant εἰστία, ἀνόμια appellati fuerunt. Athanasius pag. 245. illud: Data mihi est omnis potestas in celo & in terra, contra Sabellium facere ait, qui fingebat unam personam diuinitatis. Et de natura diuina accipit dictū Ioh. 5. Quemadmodū pater habet vitā in seipso, ita & filio dedit habere vitā in seipso. Omnia pater dedit filio, & omnia pater in filio possidet: filioque possidente pater vicissim ea retinet. Nestorij verò hæresis fuit coniungere duas Christi naturas sola connexione, quæ est secundum gratiam, autoritatem, dignitatem & potestatem. Si talem quoque Idiomatum communicationem facit aduersarius, non est mirum, Non enim a Sabellianis Arianis & Acephalis ipsum etiam subsidia pertinet pudet. Sed quia ipsiusmet confessione humanitas Christi non est omnipotens essendo, σωτήρ, per naturam, seipsa, in

Ioh. 5, & 10.

scipsa, neque habendo eadem realiter est omnipotens, neq; potestatem usurpandæ omnipotentia habet. Cæterum, vt Fulgentius ad Trasimundum dicit, *Vnus idemq; Christus, id quod humanum est, habet Deus in Veritate humana natura, & quod divinum est, habet homo in Veritate divina natura.* Et hæc est verbo Dei tradita Idiomatum communicatio, Quam dum fastidit, iustas grauesq; contemtus eius pænas dat, qui pessimo duci ac magistro errori relictus, & deditus, in alia atque alia auia vagus & profugus impellitur & raptatur, neq; vbi consistat & sibi constet, inuenit.

109. LXXV. Itaque qui iam quatuor modis humanitatē Christi omnipotentem esse pugnauit, hic se retexit, & omnipotentiam solius Dei Idioma esse & non fieri Idioma naturæ humanæ affirmat.

110. LXXVI. Ut autem humanitas Christi proprietate naturæ suæ iusta est, benefica, misericors, &c. quoniam iusticiæ misericordiæ beneficentia eadem subiectum est: Ita verum est, quod humanitas proprietate naturæ suæ omnipotens esset, si ea subiectum omnipotentia foret. Sed hoc ipsum quod proprietate suæ naturæ subiectum omnipotentie non sit, ostendit palam falsum esse (quod nugatoriè attexit homo quæ veritatis pudet ac pœnitet, ne committi sui, quod &

*Athanasi. paulò antè veritatis vi coactus, configebat, iacturam faciat) autem re- Scilicet: *Quod etiam alias natura humana non aliunde scilicet pudicid ALIVN- ex unione omnipotens esset, quasi nihilominus humanitas re- DE p. 152. aliter sit omnipotens, sed aliunde qua sacrarum literarum Testimo- & recte docentium autoritate dicat humanam naturam ei- nium est ad calcem.* se aliunde omnipotentem, ipse viderit, sed quoniam aduersarius naturam humanam fatetur ex proprietate suæ naturæ non esse omnipotentem; neque ex unione personali realiter est omnipotens. Quoniam *unio non tollit, sed custodit di- scriminam naturarum, vt confitemur Symbolo Chalcedonensi.* Qualisverò est realis omnipotentia naturæ humanæ, cuius ipsa non est subiectum? Existimo talis, qualis est opulen- tia rea-*

tia realis Lazari, vt diuiti se pulonis, negantis petenti micas,
quas dabant canibus.

III.

LXXVII. Facit iuxta illud testimonium Athanasij hu-
manitatem realissimè omnipotentem sine omnipotentia,
& has voces rerum inopes & nugas canoras obtrudens, egre-
giè afferit, quòd omnipotentia τὸ λόγος humanitati non ver-
botenus, sed realissimè communicetur. Nam ne quidem
habere se, quo id confitmet, ve explicit, declarat, Quod vbi
id autoritate & rationibus scripturæ muniendum est, quid-
uis potius garrit, quàm vt ad rem aliquid dicat. Scilicet, a-
liud esse communicari aliquid, aliud Idioma fieri ait. Verè
aliud est, quippiam communicari, aliud Idioma eiusdem
fieri. Sed quid hoc ad metam? Si enim omnipotentia non
fit Idioma naturæ humanæ, cur eam realissimè & non
tantum verbo tenus omnipotentem esse rixatur? Nam eò
quòd ei communicetur quippiam, ipsa non est realiter vel
realissimè; imò ne verbotenus quidem omnipotens.

LXXVIII. Quemadmodum ferrum candens, non est III.
realiter leue sicut ignis, etiam si ei quippiam communice-
tur ab igni, videlicet calor, Imò qui realissimè propterea le-
ue sit, quod ne quidem verbotenus ideo leue est? Hoc enim
in similitudine illa vrgere & non calorem debuit, si verum
est, humanitatem omnipotentem esse realissimè, quia ipsi
aliquid communicetur. Aut si rectius calorem ferri vrsit,
cur negat humanitatem esse omnipotentia subiectum? cur
negat transfusionem omnipotentia physicam? cur nō de-
monstrat talē qualitatē omnipotentia emanare in hu-
manitatem, qualem ignis effundit in ferrum? ob quam sci-
licet verè dicatur humanitas omnipotens, vt ferrum appell-
atur propter suam nouam qualitatē, calidissimum seu
candens. Ergo realis illa seu realissima Idiomatum commu-
nicatio in fumos ac ventos abit & planè euaneat. Nā quia
solus Deus est omnipotens, vt aduersarius dedit, omnipot-
entia, non est ex eo genere Idiomatum, quæ nomen & quali-
tatem.

tatem suam alteri subiecto impertlunt & tamen sui subiecti Idiomata manent.

LXXXIX. Sed nihilominus humanitatem Christi reallissimè omnipotentem esse sentit, & ab exæquatione durum naturarum Christi se abhorrere præ se fert, & esse illa se absoluto. Sed, vt Eutychi, duas naturas distinctas fatetur, dum iustum earum discrimin non tuetur, Modis, quibus omnipotentia naturæ humanæ sit infra naturam dignam, duobus palam exæquat naturas duas Christi, Tertium hau sit ex lacunis Nestorianis. Quartum petiuit ab orthodoxis & abusu deprauauit. De quibus singulis suo loco plura dicta sunt. Analy. thes. 74. Nō mediocris hominis officia præstabilit, & accurata diligētia laudem pro labore in re necessaria pertinēte ad gloriā Dei & salutē generis humani, optimo iure si Deoplaceat sibi vēdicat: & sic ad prēstigias Eutychianas sa le quod in se est, trāsmouet illud Athanasij, Aequalis patri secundum diuinitatem, minor patre secundum humanitatem. Sed Athanasius se diuina tantum diuinæ & humana tantum humanæ naturæ realiter asserenda esse & asserere perspicue docuit, sentiens non de filio, sed de nostro minorem esse patrem humanitatē, & de patre esse cum patre aqualem diuinitatem, ut mox pluribus aperietur. Quare frustra in luce tanti doctoris exultare gestit.

LXXX. THESES.

Obseruatu verò dignissimum est, quod D. Athanasius verbis modò allegatis, exæquationem naturarum aperte neget, & nihilominus uoxiæ realem ita nobiscum defendat, vt eam clarioribus verbis confirmare non possit.

LXXXI. Nam in celeberrimo illo suo symbolo, uunionem personalem similitudine animæ & corporis, hunc in modum illustrauit: sicut rationalis anima & corpus unus sunt homo: Sic Deus & homo unus sunt Christus.

LXXXII. Iam autem anima & corpus ita uiuntur, vt anima sua Idiomata, nempe facultatem uiuendi, sentiendi, adeoq; omnes vitales & animalies operationes, non verbotenus, sed re ipsa cum corpore, sine omni confusione & exæquatione

equatione naturarum communes habeat?

LXXXIII. Si enim anima ita copularetur corpori, ut tamē eidem sua propria non communicaret, ac proinde corpus nec viueret neque sentiret, quis hac vniuersitate sue connexione nuda hominem constitui pronuntiaret.

LXXXIV. Quemadmodum igitur ad constituendum hominem non nuda tantum coniunctio corporis & animae requiritur, sed ex necessitate dicta quoque ratione requiritur, quatenus corpus sine anima nihil, anima vero in cū & per corporis suas proprias energias sive operationes exercet; sic unio naturarum in Christo multō minus sine earum rationibꝫ consistere potest.

LXXXV. Vnde hic ipse sanctissimus scriptor & doctor Ecclesiasticus in Epistola ad Epictetum, Incarnationem nō tantum ēvangelivm sed etiam rationibꝫ carnis ad λόγον esse defendit.

LXXXVI. Verū ne quis de nostro cerebro hanc sententiam celebratissimam huius viri symbolo assingi forte existimet, ipsum Athanasium suorum verborum, quam fidelissimum interpretem, hanc similitudinem proprijs suis verbis narrantem audiamus.

LXXXVII. Sic enim scribit Dialogo. 5. contra Apollinarij: Sicut anima in corpore, sic Deus verbum unitus homini edit prodigia, non separatus a natura assumta, sed placuit ei per ipsam, in ipsa & cum ipsa suam potentiam exercere.

LXXXVIII. Atque iterum: Verbum in sua assumpta humana natura cū ea & per eam lucem operatur.

LXXXIX. Et quid omnino de diuina maiestate, secundum humanitatem dici potuisset illustrius, quam cum prægnantibus admodum verbis eam exposuit dicens: Ita in se quam assumit glorificabat naturam vt humana caro atque natura diuinam proficerit in gloriā ita, ut omnem habeat potestatem in cœlo atque in terra, quam antequam assumere-tur non habebat.

X. Item, facit eam supra quam ferat animalium natura perfectam. Nec enim prohibet eam esse animal rationale, propter quam rationibꝫ maiestatis, carnem τε λόγον Deificatam dicere non dubitauit.

XI. Hinc luce meridiana clarius conspicitur, num videlicet nos (qui rationibꝫ maiestatis realem cum Athanasio defendimus) an aduersarij, qui contra eiusdem luculentissima testimonia negant eam maiestatem, genuinam symboli Athanasiani sententiam tueantur.

Q V O D A T H A N A S I V S R E A-
L E M . C O M M U N I C A T I O N E M O M N I-
*potentia, omniscientia & omnipresens, de qua
aduersarius agit, docent:*

I S A G O G E .

LXXX.

128.



O N est temerè obisciendum hominibus cri-
men hæresecos , attamen si Eutychei confunden-
tes Idiomata & nihilominus verbis fatentes duas
Christi naturas , iactassent vt aduersarius , secum
facere & sibi suffragari Athanasium , & asserere vnâ. quod hu-
manitas Christi etiam sit omnipotens , quoniam ex qua-
tionem duarum naturarum manifestè negat , esistne hæc
memorabilis Athanasij cum Eutycheis consensio , & realis
communicationis , vt aduersarius Idiomatum confusionē
vocat , defensio? Sed Athanasius non agnoscit gradum seu
modum inferiorem , quo maiestas seu omnipotentia reali-
ter carni competit & tribuatur : Quam Brentius alteram
Deitatis significationem vocat . Non idem istum modum
inferiorem maiestatis seu omnipotentiae carnis a filio & no-
a patre esse dicit , vt aduersarius verū detrin . Dial . s . quattu-
rus homo est . eadem atque nos natura ; quatenus autem Deus eadem
atque patrem natura præditum esse & post unionem factam , Deū
profundum atque adorandum , ideoq; vivificare , & Spiritum esse
vivificantem habita Deitatis ratione dicit : & sic purissimè cum
scriptura docet realem differentiam Idiomatum , quoties
de naturis est sermo , & cum explicandæ sunt propositiones ,
quæ in concreto alterius naturæ Idioma de persona enun-
ciant , quæ personæ vocabulo exprimitur , & similes . Reclam
fides tenebimus , inquit illud Ecclesia lumen , orat . s . contra Arris-
nos . s .

Nos si quod utriusque natura proprium est, consideremus, & ab uno verumq; præstari animaduertamus; prorsus ut Theodore-tus, Cuiq; natura conuenientia assignatur, & communia persona sunt, quæ naturarum sunt propria. Sed quo iure, quaq; iniuria illum aduersarius in suas partes rapiat videamus.

LXXXI. Illustravit profectò Athanasius vniōne personalem similitudine animæ rationalis & corporis in homine. Sed aduersarius fortassis oculis vñctis lippus peruidit ibidem, quibus refutatur. Nam dicit, quod lucet Deus & homo sibi, non tamen duo, sed unus Christus, & unus omnino sit, NON CONFUSIONE SUBSTANTIAB Sed UNITATE PERSONÆ. At Christum facere hominē omnipotentē (sc. quā homo est) secundū Lutherū est naturarū CONFUSIO, secundū Theodo-retū ἔργης negatio secundū Hormisdā Romanū ἀφανισμὸς τῶν Φύσεων, deletio naturarū & annihilatio secundum Athanasiū exequatio iuxta regulā exarticulis fidei ab ipso traditā: Quorū eadē sunt actiōes & proprietates, eadē est natura & essētia.

LXXXII. Ut modo præteribat fallaciter in symbolo 131. Athanasij quibus euidentissimè reprehenditur & reuincitur: ita simile veteratori & calumniosē nūc vrget ea parte, qua ad scopum nihil facit. Quare verè non inest, quam fallaciter inesse ei vult fanaticam opinionem. Nam realis Idiomatum communicatio, de qua aduersarius pugnat, est idiomatum quæ sunt propria quarto modo. Ut fatetur ipse met, solum Deū esse omnipotentem, omniscium, omnipræsentem. Sed animæ propria quarto modo, ut sunt esse intelligentem & volentem artibus ingenuis & virtutibus ornatum, hac inquam & similia communicari realiter corpori ne mutire quidē audet. Certè enim corpus hominis non est realiter vel realissimè intelligens, volens, inuisibile, immortale, vt humanitatem Christi realiter esse omnipotentem, omnisciam & omnipræsentem passim obstrebit. Ergo anima & corpus non ita vniuntur, vt & corpus sit realissimè intelligens, polleat consilio, regat inferiores animæ potentias, valeat diuino habitu perspi-

ciendi verum, &c. sine confusione & exæquatione naturam
animæ & corporis.

132. LXXXIII. Quamobrem anima coniungitur hypostaticè corpori, vel corpus animæ, ut neutrum alteri propria quarto modo realiter impertiat, & proinde corpus non est realiter inuisibile, immortale, ratiocinatur, eligit, assentitur, suspendit ascensionem, &c. Et tamen anima & corpus ne quidem ab aduersario, prorrera hypostaticè deuinciri negantur. Neque ipsorum connexio realis & verissima, nuda esse perhibetur.

133. LXXXIV. Quemadmodum igitur ad constituendū hominem non requiritur ista realis communicatio Idiomatum animæ, quæ quarto modo propria dicuntur, ac vt actiones animæ, quas appellamus inorganicas, per corpus exerceantur (de quibus dicit Aristoteles 2. de gener. animantium, τὴν ἐργάσιαν τὸν μὲν κοινωνῆς συμπατητὴν ἐργάσιαν, & vt mēs non plura norit atque intelligat, quam sensus illius principis ministri & satellites foris cognoscunt & perferunt, ita vno hypostatica duarum naturarum Christi, nihilominus in columis est, etiam si non fingatur humanitatem esse realiter omnipotentem, omnisciam & omnipræsentem, quam naturarum κοινωνίαν aduersarius hīc dicere videtur.

Damas. l.
2. c. 12.

LXXXV. Contra hæc, quæ dicat idem, nec habet nec inuenit. Quare præterit & alto silentio sepeliuit. Ut vero effecta Idiomatum animæ rationalis secundo modo, vide licet vita, augmētatio, sensus, generatio (multò enim aliter anima viuit & sentit, quam corpus. Ipsa enim ἀταθῆς & immortalis est, neque afficitur sonis, coloribus odoribus, saporibus, &c. vt corpus) corpori organico, cui hypostaticè unita est, realiter tribuūtur: ita ἐργάσιαν λόγον in carnem assumta, (quæ non est omnipotentia in carnem collata, sed omnipotentia opus) Athanasius in Epistola ad Epiſtetum exprefſit, & ne ad institutum aduersarij quicquam adiumenti adferret, sollicitè cauit. Quamobrem, quia inde aduersarius ad fucum

fucum faciendum suo proposito seu Idolo, vix tria verba
 suffurari est ausus, integrum contextum recito, vt fraud sit
 manifestior: *Multi hallucinantur, inquit, qui creaturam C R E A-*
T O R I E X A B Q V A N T , arbitranturq; Deitatem auctarium ali-
quid accipere posse, & ignorant, non propter auctarium Deitatis
VERBVM carnem esse factum, sed ut CARO R E S V R G E R E T .
Neque ut melius redderetur verbum ex Maria prodiisse, sed ut ge-
nus humanum liberaretur. Cur igitur existimat corpus per VER-
B V M L I B E R A T V M E T V I V I F I C A T V M , verbo ad Deitatem
incrementum aliquod addere? Cùm potius homini ingens aucta-
rium ex VERBI CVM IPSO COMMUNIONE & ADVNITV
accesserit. Si quidem ex mortali factum est IMMORTALE, & cù
animale esset, S P I R I T V A L E est redditū, & cum e terra esset pro-
latum, C O E L O R V M P O R T A S transcendit. Hæc Athanasius.
Quibus communionem vniōnis voce, more veterum decla-
rāndam esse ostendit, & satis perspicuè docet, auctarium hu-
manitatis non esse, quod eo quoque sit realiter omnipotēs,
omniscia, omnipræsens, cum dicit, Corpus per VERBVM libe-
ratum & VIVIFICATVM. Item creaturam non esse ex & quādā
creatori. Tum quod addit, cuiusmodi auctarium humanita-
tis intelligat, verbum carnem esse factum, ut caro RESVREGE-
RET, & fieret IMMORTALIS, S P I R I T V A L I S , T R A N S-
C E N D E R E T calorū portas. Certè & electorum corpora re-
surgēt, erunt immortalia spiritualia, calorū portas trans-
cendent. Quis autem propterea illos omnipotētes realiter
fore, affirmabit sanus? Denique illa est Physica Idiomatum
transfusio, vt vocatur, si humanitas Christi dicatur realiter
omnipotens propter vniōnem, sicut corpus organicum v-
nitum animæ viuere, oculum videre, aurē audire dicimus,
propter facultates animæ vitalem & sensitivam, nat' evēgyn-
on, id est, effectuè, realiter communicatas. Et quidem hoc
pacto humanitatem Christi omnipotentem esse propemo-
dum negauit, quando transfusionem Physicam detestaba-
tur & ciurabat, nescio an maiore Dei metu quam, qui louē

lapidem iuret, & censeat Iouem nemini iratum esse posse.

134. LXXXVI. Quare, qui non semel hactenus fines veri cundiæ transiit gnauiter impudens est, quod negat, se affin gere peregrinam sententiam Symbolo Athanasij. Quem si sanctissimum scriptorem & doctorem Ecclesiasticum haberet, non eum ita appellaret modò (quod paulò antè facit) sed etiam re ipsa sequeretur, & non oppugnaret, neque doctrinam ipsius ex limpidis Israelis fontibus haustam, tanquam vilissimi mancipij & stulti hominis dicta, peregrinis somniis, immò fanaticis suis deliramentis infamaret & inquinaret. Nónne enim, ut videretur ab illo etiam creditū esse, humanitatem Christi esse realiter omnipotentem, neglexit in eius symbolo, quo refutatur: NON CONFUSIONE SVASTANTIAE? Nónne simile de anima rationali & corpore hominis quadrare suo figmento, docere non potuit? Nónne in Epistola ad Epictetum, quæ obfutura vidiit suo errori, reliquit, & tria verba inde sumta transposuit: Athanasius nō est vir Belial, qui vno ore simul ac semel calidum & gelidum exhalet. Quamobrem ut hactenus contradixit aduersario, ita eidem minimè suffragari in sequentibus, quæ ex ipso civitat, valde generalibus, deprehenditur.

LXXXVII. LXXXVIII. LXXXIX. XC.

Dicit sanè, quod Deus verbum unitus homini edat prodigia, per naturam assumptam, exerceat diuinam potentiam, qua in tenebris sunt in lucem proferat (hæc enim sunt eius verba) Item quod in seipso quam assumit, glorificari naturam, & caro habeat omnem potestatem in calo & terra, quam antequam assumeretur non habebat. Denique quod Deus verbum vim suam exerens in eo, quod est rationis particeps, & per animal ratione præditum faciat animal supra quam ferat animalium natura, perfectum, &c. Verum disertè addit, Nec tamen prohibet eam esse ANIMAL RATIONAL. Quorum vero distinctæ sunt naturæ, eorum distinctæ etiam sunt proprietates & actiones. Itaque inseparabilem, hypostaticā & inconfusam & cum carne vniuersalē nem si-

nem significat, & quod diuina natura egerit per carnem ea, quae per creaturam fieri possunt, & ad quae instrumentum hoc fecit & ordinavit. Hanc suam mentem, non tantum generalibus verbis, quibus praetexunt suæ opinionis errores sed furores, animi sub vulpe latentes, in libro infasto discordis concordia & alijs, sed specifica explicatione, quam impostores nequitur tacent & dissimulant, exponit Athanasius passim tum, Orat. 4. contra Arianos: Cum necessitas requirebat ut socrum Petri febrentem excitaret HUMANO quidem more manum extedit, DIVINITVS autem morbum compescuit. pag. 261. HUMANAB sunt: transcat a metatix: quare me dereliquerit: DIVINA: potestatem habeo ponendi animam, &c. Ex dicto: Omnia mihi tradita sunt &c. Pater diligit filium, & omnia dedit in manus eius, Dedit enim ut quemadmodum omnia per eum facta sunt, ITA OMNIA REFICI POSSINT. Tradita sunt illi quae antea non habebat. Ante homo non erat, sed ideo factus est homo, ut hominem seruaret. DISPENSATIO rerum per carnem peragendarum significatur. Verba hac, quæcumque habet pater, PATRIS DOMINATIONEM ostendunt. Rursus ista verba: mea sunt, INSEPARABILEM UNITATEM demonstrat, pag. 251. Ut interrogabat HUMANITVS, excitabat autem DIVINITVS LAZARUM: ita quoque hoc vocabulum ACCEPIT HUMANITVS intelligentium est. Ipsa autem subiectio angelorum DEITATEM demonstrat. Qui secus sentiunt, DIVINITATEM, qua patris est Christus admittunt, & quæ sua sunt in Christum coniuncti, ut tum Iudei, qui ipsum lapidabant. Tom. 12. ad Antiochenos: Id est ille ipse erat, CORPORALITER ut homo expuens, DIVINITVS ut Dei filius oculos aperies eum, qui a nativitate sua cactus fuerat: CARNE quidem paties ut Petrus ait DIVINITVS autem monumeta aperies, & mortuos excitans p. 254. Humanitus de Lazaro querit, quo cum accessisset cum excitat, non ignoras unde & ex quibus locis anima eius renocare oporteret. Maius certè grauius ergo scire, ubi anima erat, quæcumque corpus situm esset, sed HUMANITVS percontatur, ut DIVINITVS excitaret. Plura huius generis, quæ passim in

sim in illo autore occurunt, recensere non attinet, & nimis longum est. Etsi autem naturæ, proprietates & actiones realiter differunt, tamen propter arctissimam vniōnem eārum hypostaticam, p. 183. idem scribit: *ἰδίοποιόμενος πάντες τῆς ὁραπότητος τὴν εὐδοκίαν τῆς χάριτος, ὡσάντως ηγέτην σάρκα ζωῆς ὅργανον ἀρχολόγουν πρὸς τὰς θείας θελασ, id est, quod omnia suis propriis faciat, quae sunt naturæ humanae, ut fert consilium & arbitrium benignæ voluntatis & gratia ipsius: & similius caro sit ap-positum instrumentum ad prestanda, que Deo videntur. Ita in se ipso, quam assumit glorificauit naturam, ac vt benedicitura Thoma p. 3. q. 13. Homo accepit omnipotentiam ex temporē quam filius Dei habet ab aeterno per ipsam vniōnem. Ex quo factum est, vt homo dicatur omnipotens, vt homo dicitur Deus, non quod sit alia omnipotentia filii hominis, quam filii Dei, sicut nec alia est Deitas, (scilicet quam inferiorem modum maiestatis aduersarius, & alteram Deitatis significationem Brentius appellat) sed eò quod est una persona Dei & hominis. Quid? quod omnis potestas in cælo & terra non simpliciter sit ipsa Dei omnipotētia, sed plenissimum dominium in omnes creaturas Christo datum: itemque ius statuendi & faciendi de omnibus, quod visum est, in primis que quos vult seruandi, viuificandi, donandi vitam aternā & S. Sanctum, etiam humana sua voluntate; verum non humanitatis, sed Deitatis suæ potentia. vide infra ad Thes. 155. 164. Quare nemo aduersariorum ex eo, quod Lucas 10. dicitur: Omnia mihi data sunt a patre meo, & Ioh. 8. Prior quā Abraham erat, ego sum, infert humanitatem Christi realiter esse aeternam; vel ante incarnationem verbi; Item realiter omnipotentem. Et Orthodoxi doctores veteres nusquam absolutè affirmant, λόγον omnia per humanitatem assumtam operatum esse. Neque enim quicquam scit, & intelligit natura diuina per humanam, etiamsi ea vbi vult vtitur, tanquam organo, neque per animam aut corpus dat Spiritum Sanctum, etiamsi cum vult ministerio corporis vtitur, dum*

*Ad calcem
est locus Cy-
rilli ext. 10.
Thef. c. 2.
hec illu-
strans.*

*Videatur
respo. ad
Thef. 179.*

dum afflat Apostolos. Ita multa etiam operatur illius diuinitas in illis locis, in quibus eius humanitas essentialiter & re ipsa non adest? Quid vero? an per corpus tanquam per instrumentum a mortuis suscitauit suum corpus? Quamobrem non dicit Athanasius λόγον Deificasse suam carnem, vt ea esset etiam realiter omnipotens, siue in se ipsa, siue in Verbo, & propterea quoque inuocaretur: sed sicut in response ad Thesin 48. etiam a nobis dictum fuit, *Vt quemadmodum semper adorabatur, QVATENVS VERBUM DEVS erat, & informa Dei existebat: ita quoque ille idem iam homo factus & Iesus appellatus nihilominus haberet omnem creaturam pedibus subiectam, sibiq[ue] in suo nomine genua flectentem pariterq[ue] confitem-tem V E R B U M carnem factum esse mortemq[ue] carne sustinuisse non ad ignominiam Deitatis, sed ad gloriam Deipatr[is]. Ex his Atha- nasi, aduersarius ægrè particulam DEIFICATAR CARNIS*

XCI. Itaque qui Athanasio adeò infestus est, vt ipsi suum deliramētum, quibus potest, sophismatum & nequitiae machinis & strophis impingat, sententiam Symboli Athanasiani genuinam, præ Ecclesiæ omnium temporum sive, quam in suspicionem incertitudinis grauibus sanè de causis vocat, si Deo placet, tuetur: Sed hoc lucis diurnæ iubare splendidissimo clarius est, quod cum Eutycheis cōfundat Idiomata duarum Christi naturarum, quoniam discri-
men earum non iuxta scripturam asserit & custodit, Quæ cū sit confusio naturarum illa symbolo Niceno damnata
eodem probatur, si damnare est probare.

XCII. THESES.

Porrò maiestatem, de qua dictum est hactenus, Christus in puncto conce-
ptionis iuxta carnem accepit: Quando caro eius cum λόγῳ (qui est ipsa dextra
Dei) num iφιτάχερον facta est.

XCIII. Hinc λόγον carnem assumtam, proprij sui spiritus infinita plenitudo.

AD ANALYSIS CAP. X.

tudine sine mensura, ut Baptista loquitur, vnxisse credimus, vnde & Christus men accipit.

xciv. Hinc in Christo homine omnes thesauros scientie & sapientiae coditos, omnemq[ue] plenitudinem Deitatis inhabitare coquuntur. Apostolus testatur.

xcv. Hinc Iesus Christus iam tum in forma Dei fuisse scribitur: Quoniam quidem caro eius iam tum erecta fuerat in personam Abi, qui est ipsa forma & imago Dei.

xcvi. At vero, qui in forma Dei erat, is seruiformiam assumit, ut Apostolus scribit.

xcvii. Quamvis autem hic locus Apostoli, quo Christi exinanitio & extiratio exprimitur, de ipso secundum humanam naturam, recte & vere expontur: tamen haud inconuenienter exemplo scriptorum ecclesiasticorum aeternas diuinitas hinc confirmatur.

xcviii. Siquidem dicta scriptura omnia, qua de divina maiestate Christi secundum carnem concionantur, ex necessitate aeternam Deitatem presupponuntur.

xcix. Impossibile enim fuisset humanam naturam in Christo ad eius gloriam celistinam assurgere, nisi cum divina personaliter unita esset, cuius sola virtute hanc maiestatem Christi caro accepit.

c. Quemadmodum Cyrilus ex divina virtute & potentia carnis Christi ad Deitatem offensionem quae retroreditur & ab effectu ad causam ratiocinatur.

cI. Cuius rei ba sic habent: Corpus Christi panis de celo est, quia aeternam comedentibus vitam largitur: Magnum certe signum, Deitatis naturam habitare in hoc corpore, quoniam hinc illi donantur, qua certe omnem naturam excedunt, atque ideo a rudioribus minus creduntur.

AD ANALYSIS CAP. X.

Q V O D H U M A N A C H R I -
S T I N A T U R A O M N I P O T E N S , O

mniscia, omnipresens esse ceperit in momento concepcionis exilicis, id est, actu primo,

I S A G O G E .

XCII.



V A M vocat maiestatem, abunde perspeximus, nullam esse. Ignota enim est scripturæ & orthodoxis omnium temporum. Quamobrem doceremus,

quit,

quit, Christum eam in punto conceptionis iuxta humanitatem accepisse, & perplexæ orationis nodos obiicit, Quod caro cum λόγῳ facta sit unum ἐφισάμενον, Nam hoc, quod verbum caro factum est, ipsius stomachi non est: Non enim cū effet caro, verbum factum est, sed cum effet verbum, caro factum est. Athanasius citante Maxentio, Ioh. l. 2. c. 2. dicit, Est quidē λόγος dextra patris, per quam vniuersa condidit, sed propter natura humana quam assumisit nō est, vel ipse λόγος, vel conditrix & conseruatrix rerum, vt λόγος, vt & Cyrilus de incarnatione vnigeniti c. 5. testatur, ubi dicit: Etsi alij similiter appellatio vocati sunt Christi: unus tamen est, per quem omnia Iesus Christus, non quod sit factus opifex omnium: sed quod Deus verbum, per quem omnia facta sunt, similiter ac nos participarit carni & sanguini, & nuncupatus sit homo: nec tamen perdidit ~~esse~~ Q. V. D. A. R. A. T. Ita enim & in carne factus intelligitur merito OPIFEX OMNIUM.

XCI. Ergo Baptista, quamuis dicat, huic, quem misit Deus, non dat spiritum ex mensura: non de illo figmento loquitur. Quod vt cōtineri ipsius verbis videretur, hic corū loco suam glossam obtrusit. Neque igitur & propter illud impium commentum Christi nō men accepit. Sed quod ille homo filius Dei & matris semper virginis, sit OMNIPOTENS, aeternus, conditor ac conseruator rerum; abundet omnibus donis spiritus Sancti, que alijs Sanctis particularia dantur: sit agnus Dei, tollens peccata mundi. Huc spectat Cyrilus, cū p̄scribit de incar. vnigen. Dicitur Christus Dei verbum, quod propter nos nostri similis homo est factum, & in servī forma: & ungitur quidem humanè secundum CARNEM, ungit autem DI-
VINE suos, eos nempe, qui in ipsum credunt.

XCV. Neque apparei Paulum id falsum dogma probare. Col. 2. cum dicit in Christo omnes thesauros sapientie reconditos, id est, in ipso contineri & propositum esse, quicquid ad nostram salutem pertinet. At dogma alienū a Verbo Dei, certa est pernicies & pestis omnium, qui id ample-

Videatne
respon. ad
The. 27.

Etuntur. Et cum natura humana, quam filius Dei assumit, non sit Deitas, nihil iuuat aduersarium, quod a Paulo ibide dicitur. Quod in Christo habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter, hoc est, eadem sapientia, intellectus, mens, voluntas, potentia, Deitas, quae est in patre & spiritu Sancto.

XCV. Itaque humanitas non fuit iam tuum, quod nisi de suo infarciat, detorquere scripturam non potest, id est, in momento incarnationis filij Dei, realiter omnipotens, omniscia, omnipresentes, seu in forma Dei, quam aduersarius notiarum rerum & verborum insignis autor, sic appellat, ac ut fraudem cœlet, vocabula carnis & Christi confundit. Est quidem caro unita verbo hypostaticè, sed non tantum inseparabiliter, verum etiam inconfusè, hoc est, ut realiter ac essentialiter naturæ & proprietates nihilominus differat. Ideo, quamvis λόγος est imago Dei inconspicui, tamen caro non similiter substantiæ ipsius.

XCVI. Ergo, quia λόγος & non caro in forma Dei est, λόγος ipse, & non caro formam serui assumit, Et forma servi, quam carnem illam Christi assumpsisse vult aduersarius

*Videatur (hoc est omnipotentiae, omniscientiae, & omnipresentiae
The. III. & carnis habitualis, dissimulatio & occultatio ad tempus / te-
rnum est & plenum absurditatis & blasphemiae figuratum.*

XCVII. Neque igitur occultatio omnipotentiae carnis est forma serui, vel exinanitio Christi; neque usuratio plenissima omnipotentiae carnis, est exaltatio Christi, Neque vel alibi, vel ad Phil. 2. scripture, illa deliramenta impia tradit, Sed ad hunc locum in primis ab aduersariis adseritur, & propter eadem hoc caput de Christo non secundum utramque directe, sed tantum iuxta humanam naturam ab iis perpendiculariter accipitur & exponitur, & cum de illis deliramentis scriptores Ecclesiasticos assentiri aduersariis non constet, quia de æterna Christi Deitate tantum docent, & aliæ Deitatem vel gradum inferiorem maiestatis seu omnipotentiae non

non agnoscunt, si illorum exemplo aeternam diuinitatem Christi confirmare qui velint, his una cum illis tantum aeternam eius diuinitatem agnoscendam esse & defendendam manifestum est, & abiiciendas opiniones pugnantes. Quamobrem procacissimus Iudus Diaboli est, quod autumat, blasphemis fragmentis contra autoritatem scriptorum Ecclesiasticorum pertinacissime retentis, ipsorum exemplo aeternam Christi diuinitatem confirmari & illustrari.

XCVIII. Nulla enim scriptura diuinitus inspirata tradit, quod maiestas Christi secundum carnem sit illa rancida & delira blasphemia, Quod humanitas Christi etiam sit realiter omnipotens, omniscia, omnipresentis, quam adversarius inferiorem gradum maiestatis Christi appellat. Quare minus quam vituli positi in Bethel & Dan vel in deserto, illud fragmentum aeternam Christi Deitatem presupponit.

XCIX. Quocirca sophistam agit, quod quasi constaret, humanitatem Christi realiter esse omnipotentem, omnisciam, omnipresentem necessariò propter unionem personalem, ita illam contumeliam in Christum maximam, gloriae eius celsitudinem nuncupat, & ad eam assurgere ipsum non potuisse fingit, nisi humanitati $\lambda\circ\gamma\text{C}$ vnitus esset personaliter. Cum contrarium sit verissimum: Nimirum, *Vide idem de philosophia Christiana genere Theologico*. *11. 12. 41. 4* *133. 198. 211.* *215.*
Quia filius Dei assumit humanam naturam, ut non solùm inseparabiliter, sed etiam hypostaticè & inconfusè in ipso subsistat, realiter & essentialiter distinctas esse naturas, & earum proprietates atque actiones, Ideoque humanitatem non esse realiter omnipotentem, omnisciam & omnipresentem. Et Eutyches atque manipulares ipsius Idiomata diuinam simul ad humanitatem Christi referre non possent, nisi iustum discrimen naturarum strenue negligendum & violandum sibi esse & hoc negocium sibi datum esse, vnicè a patre mendacij peruicacia eximia persuasum haberent.

C. Neque vero Cyrus diuinam virtutem & poten-

tiam carnis Christi nominat opinionem fanaticam, quod humanitas Christi etiam sit realiter omnipotens, omniscia, omnipresens. Non hoc figmentum Deitatis effectum, nec Deitatem causam ipsius esse censet. Quare fallaciter a commentitio effectu ad similem causam more aduersarij non progreditur.

C I. Ait autem corpus Christi esse panem de celo, Quin eò quid filio Dei vnitum est, dicat? vt & æternam credentibus vitam largiri propterea affirmat? Nam ut pater viuiscat mortuos, ita & filius, quos vult, viuiscat. Itaque viuiscere filius Dei esse. Item spiritum Sanctum esse Deum, quia viuiscet. de S. Trinitate & spiritu S. scribit. Item Decebat nullam aliam esse rem, & naturam viuiscare posse, & corruptione superiore carnem ostendere, etiam si intelligatur esse Christi, nisi Solam Divinitatis naturam. Et ad Theo. Unus Dominus Iesus Christus, & per ipsum omnia condidit pater. I. Corinth. 8. Quapropter & conditor, vt Deus & viuiscus vt Vita. Et de incarnatione vniogeniti, pag. 255. Resurrexit a mortuis, & cum sit per naturam vita viuisci dicitur. Hoc quoque quoniam modo? Secundum ALIVD, nempe & ALIVD. Ipse enim resurrexit quidem a mortuis, & viuiscendi dicitur, SECUNDVM CARNEM. viuiscat autem & suscitatis a mortuis VTEVS. Imò magnum idem signum esse ait hoc, nō quod humanitas sit realiter omnipotēs, sed vniōnis personalis, seu quod Deus in hoc corpore habitet. Sed aduersarius haud dicet (opinor) Quod humanitas Christi, vt pater, viuiscet mortuos: quod eadem omnia cum patre creaerit; quod, velut Valentinus insaniuit, cælitus allata sit, vel ut Eutyches, (quod annotatur in Breuiario Liberati de causa Nestorianæ) Dominum nostrum Iesum Christum nobis nō esse consubstantialem secundum carnem, sed de celo corpus habere. Quare dabit etiam, quod non sit realiter omnipotens, & quod Cyrilli autoritate abutatur. Cyrillus non tantum tria sed omnia Idiomata diuina homini Christo in persona tribuit, kar' a. m. o. Quę excedunt omnem naturam & vul-

Evulgò utrè quæ dicuntur, Non autem destruunt naturas, vt àrti quæ, Hæc si non crederemus a Deo alieni merito habemur, & non duntaxat rudiores seu beani. Aduersarius autem suo iure optimo asperius nos perstringet, si ipsi sedenti in arce si pientiae tueri liccat dogma, quo destruuntur duæ Christi naturæ, & si falsum sit: Quod sonans aliud Euangelium anathema sit. Gal. I.

CII. THESES.

Quo minus autem locum illum ad Philip. 2. directe ad λόγον ιντα Delatam conferamus, & analogia fidei obstat, & textus ipse hanc expositionem refellit.

CIII. Aliud enim intelligit Apostolus, Quando Christum serui formam assumisse dicit, quam si diceret λόγον assumisse humanitatem.

CIV. Nam quod humanitas non sit ipsa forma serui, de qua Paulus loquitur, vel hinc evidentissime comprobatur: quod formam serui post resurrectionem depositis, humanitatem verò retinuit.

CV. Si enim simpliciter unum quiddam esse contendas, humanam naturam & formam serui, alterutrum horum fatearis necesse est, aut Christum depositis serui forma, simul humanitatem exuisse, aut recenta humanitate, simul serui formam retinere, ac etiamnum in gloria seruum esse.

CVI. Fuit autem seruili forma, Apostolo nobis exponente, Christi secundum humanitatem exinanitio profundissima, qua nobis omnibus vñq; ad mortem crucis seruit, sicut scriptum est: Seruire me fecisti in peccatis tuis, labore improbasti in iniquitatibus tuis. Esa. 43.

CVII. Idcirco non scribit in hoc presente loco Paulus: Quod filius DEI senserit & humanam naturam assumserit, sed quod Iesus Christus (qui sedicit Deus homo erat) serui formam assumserit, sicut in textu Pauli sequitur in epistola ad Corinthus, sicut scriptum est: Seruire me fecisti in peccatis tuis, labore improbasti in iniquitatibus tuis. Esa. 43.

CVIII. Quod verbum Græcum ἐκένως, euacuationem significans nullum modo ad Dei naturam accommodari potest, quaratione sui invariabilis existens sepius euacuare nulla ratione potuit, sed cum patre & spiritu sancto ealum & terram eo etiam tempore gubernauit, quo respectu humanæ nature se euacuauit.

CIX. Sicut Ioh. 5. Christus inquit: Pater meus usque modo operatur & ego operor. Si enim opera trinitatis, quibus ad extra pregaediuntur, toti trinitati

AD ANALYSIS CAP. XI.

communia, ut D. Augustinus loquitur.

III.

C X. Secundum humanam verò naturam ἐκένωτε ἡ αὐτὸν, euacuauit se ipsum, non quidem quod in forma DEI esse desierit, aut maiestatem per unionem sibi collatam amiserit.

C XI. Sed quia plenum illud dominium cali & terre, atque sic usurpatiōne accepte maiestatis verè & non simulatione quadam euacuauit, ut pro nobis patri ad ignominiosissimam mortem crucis obediē posset.

C XII. Alias enim nec a Iudeis capi, nec crucifigi, nec mori potuisset Christus, si pro ea, quam acceperat potentia, plenariam suam potestatem exercere voluisset.

C XIII. Quare toto illo tempore exinanitionis gloriam suam non plenè sed interdum duntaxat per miracula manifestasse legitur,

C XIV. Donec perfecto redēptionis opere, seruilem formam penitus abiecit, & ad plenissimam maiestatis usurpatiōnem subiectus est, ita ut iam non abegat tantum, sed Christus seu Messias regnet & vniogenitus per assumptionem carnē suo quodam modo, conscientia nimirum mente & conformi voluntate, & communica inenarrabili virtute concurrente, omnia regat, gubernet, administret, imploreat ac operetur in calo & in terra.

AD ANALYSIS CAP. XI.

Q V O D F O R M A S E R V I
N O N S I T H U M A N A C H R I S T I

natura, & verbum ἐκένωτον exinanivit ad humanam &
non ad diuinam naturam pertineat,

I S A G O G E,

C II.

153. **N**ON est analogia fidei, gradus inferior maiestatis, quem fingit aduersarius, quo humanitas sit realiter omnipotens de omnipotentia filij & non partis, Quia solus Deus est omnipotens, Quare idem non est for-

est forma Dei. Neque propterea aliter quām directē de cetera Deitate Christi secundum caput ad Phil. accipiendum est, & non veritatem immotam, sed aduersarij deliramentū textus refellit.

CIII. Nihil aliud intelligit Apostolus, quando Christum formam serui assumisse dicit, quām *λόγον* assumisse humanitatem cum omnibus infirmitatibus, habitu & conditione seruili. Nam assumptio humanarum infirmitatum necessariō presupponit ipsius naturae assumptionem.

CIII. Non quidem humanitas est forma serui, de qua aduersarius loquitur. At non propterea eadem quoque non est forma serui, quam Paulus intelligit. Aduersarij enim deliramentum non est Paulivel Christi doctrina. Nam planè nugitorum est, quod dissimulare omnem potentiam realem naturae humanæ a resurrectione desierit. Quod aduersarius abiecere formam serui & sedere ad dextrā patris vocat. Nunquam enim humanitas Christi realiter omnipotens esse cepit, vel iam realem omnipotentiam dissimulauit. Quorum alterum formam Dei esse; alterum formam serui nugacees homines blaterant.

Videatur
The. 96. 111
112. 14.

CV. Insanos & dementes rem nihili, cuiusmodi est dissimulatio realis omnipotentiae naturae humanæ ante resurrectionem, pro humana Christi natura habere, nondum potest compertum esse, multò minus sanos & mentis compotes. Quare nihil affert ut humanitatem Christi formam serui esse neget, quod quasi essent, qui contenderent humanitatem esse illud hominis præstigiatoris figmentum: ita aduersus tales, nescio qualibus cornibus ferit. Quia enim humanitas Christi non est realiter Deus, neque realiter ea omnipotens esse unquam cepit, nec hoc ipsum dissimulauit, neque hanc occultationem abiecit. Est quidem seruili forma, sors & conditio seruili & extrema deiectiono, & sub malditionem legis subiectio, quam filius Dei non in phantasmate, sed verè cum natura humana suscepit, ut in hac ser-

nus esset patris & hominum. Isa. 42. Matth. 20. Rom. 15. illa autem occultatio commentitia realis omnipotentiae humanae naturae nequaquam est forma serui.

CVII. Etsi verò non agit Apostolus ex professo de mysterio incarnationis : attramen propositurus exemplum extremae submissionis in Christo, docet, quod qui filius Dei abstinuerit, cum ad eò se submitteret, ut non humanam solùm naturam, sed eam ipsam habitu & sorte insimæ, abiectissimæ & ignominiosissimæ scrututis & deiectionis. Hoc itaq; illud est, quod Iesus Christus εγένετο ἀπό της φύσεως θεοῦ, οὐκ ϕάσις sed existens in forma Dei, ut præclarè virget & ponderat Chrysostomus, non duxit rapinam se esse aqualem Deo, sed se ipsum exinanivit & serui formam assumit. Nam Iesus Christus, qui a principio erat in forma Dei, & æqualis Deo, quis esset alius quam Deus verbum vel filius Dei? Et Vigilius l. 4. c. 3. nomen Iesus Christus VERBO tribui docet, quia est una virtus in natura persona. Prorsus autem perficit pietatis frontem, quod excludens Apostoli verba, & sua infarcit, (prætermittit enim quæ deuorauit The. 96. actus primus omnipotentiae humanae, sc. qui cum esset in forma Dei, & inseruit, qui iam Deus & homo erat) Item postponens exinanitionem assumptionis formæ serui; Paulum scribere, quod scribit, negat, & quod non scribit, scribere dicit. Sic Marcion impius (tessellatio lib. 2. aduersus Eunomium) ex diuinis eloquijis alia quædem expunxit, alia verò, perperam insertis nonnullis, depravauit. Inde cùm constet, quod non sit forma Dei, quam appellat, quod sc. humanitas realiter sit omnipotens actu primo, occultationem formæ eius (simile petulantium hominum ludibrium & friuolum inuentum) causam nullam esse liquet, quin abiectissima illa seruiliis conditio, & infirmitates illæ carnis, quas Christus vñà cum natura humana induit sine forma serui.

CVIII. Neque est cur exinanitionem ad Dei naturam account.

Accommodari debere neget, cùm scriptura reclamet, & quidem assumptionem dixit eas non mutationem, vt Vigilius monet. Quanquam autem non potuit λόγος abiicere suam Deitatem, tamē sua maiestate & gloria Deitatis ad tempus absinere, & ita eam occultare ac tegere potuit, ne in seruili carnis humilitate refulgeret. Quare cum non sit natura diuinæ Verbi mutata incarnatione, λόγος exinanivit se, quando propter nos homines & propter nostram salutem descēdit de cælis & incarnatus est, passus & crucifixus pro nobis & cedens iræ patris, suæ Deitatis maiestatem exercere, aut omnipotentiam contra vocationem usurpare noluit.

CIX. Quamobrē licet exinanierit se λόγος cū versaretur ¹⁶⁰ in mundo, nihilominus cum patre & spiritu S. cælum & terram & omnia quæ iis continentur gubernauit & sustentauit, licet non abuteretur potentia contra vocationem, sed requiesceret, vt caro pati & mori posset.

CX. Frustra igitur aduersarius inculcat, quod τὸ ἐκένω ¹⁶¹, ad humanam naturam tantum pertineat, quasi nihil illa sint. Io. 5. Opera quæ dedit mihi pater, testantur, quod pater misit me. Ioh. 10. Hoc mandatum accepi a patre. Ioh. 17. Dedit filio potestatem omnis carnis, ut aeternam vitam det omnibus, quos edidisti. Phil. 2. Ideo dedit ei nomen super omne nomen, Quæ dicta ad solam humanitatem exclusa diuinitate a persona media toris, verè non referri possunt. Curautem cum scriptura, λόγος exinanuisse se, dicere veretur, ne mutationem in Deo statuat? & nihil eiusmodi cogitat, quando humanitatē realiter omnipotentem esse & rursus eam omnipotentiam exinanuisse fingit?

CXI. Quam omnipotentiam naturæ humanæ realem ¹⁶², suprà esse illi vidimus, nunc plenum dominium cæli & terræ vocat. Cæterum quoniam humanitas Christi nunquam realiter etiam omnipotens esse cepit, nunquam eadem sum eiusmodi omnipotentia suspendit ac intermisit, Sed quiescente vœro Christus ex carnis infirmitate passus &

mortuus est, & spiritu æterno, non occultatione realis omnipotentiæ humanitatis, obtulit se inculpatū Deo. Hebr. 9.

163. CXII. Quamobrem non requiescente reali omnipotentia naturæ humanæ, vt aduersarius iudicat, Sed requiescente λόγῳ & non rapiente equalitatem Dei, caro ignomina affecta, cæsa, spinis compuncta, cruci affixa, & nefariè intermixta est, vt Irenæus & epistola ad Phil. c. 2. dicunt.

164. CXIII. Neque miracula maiestate illa, qua quoque omnipotens caro sit, sed spiritu Dei & dígito Dei designauit. Matth. 12. Lucæ 11. Nisi fortè illa realis omnipotentia humanitatis sit spiritus Dei, vel dígitus Dei, Quod aduersario probandum incumbit. Non sunt hominis miracula, inquit Athanasius, sed DEI: & cum HUMANÆ de salvatore dicuntur, non DIVINITATI: sed HUMANITATI attribuenda sunt. Hęc confirmat Christus Ioh. 10. u. 37. 38.

165. CXIII. Quare vt superiùs commentus est formam Dei & formam serui, attexit nunc formam serui abiectam, & plenissimam usurpationam realis omnipotentiæ, omniscientiæ & omnipræsentientiæ carnis consecutam; quæ maiestas adeò honesta est, vt autorem eius pudeat & perpetuò inuolucris aliorū verborū eius deformitatē tegere studeat. Sed subrūtis fundamentis sc. noua quadā forma Dei & forma serui, quas ad scripturam adfert, non ex ea sumit, quæ isti arenæ superstruit, stare non possunt. Monothelitarum verò & Monophysitarum furor est, Synodi Oecumenicæ sextæ decretis damnatus, usuratio plenissima maiestatis seu omnipotentiæ, qua realiter etiam sit omnipotens humanitas Christi. Quare nouo anathematismo non est opus, & in illo summo & omnium maximè admirabili opere collectionis, gubernationis, defensionis, conseruationis & glorificationis Ecclesiæ, illa fictitia maiestas locum non habet, in qua omnia fiunt secundum potentiam & efficacitatem roboris patris, quam exercuit in Christo excitans eum a mortuis. Ephes. 1.

C X V . T H E S I S .

Etsi verò in incarnatione cum dextra Dei vnum ipsis à quov factus est Christus; tamen quia potestatem acceptam, demum post ascensum ad calos plenissima energia declarare cepit. Ideo nunc sedere ad dextram DEI dicitur, qui cum eadem in prima conceptione semper personaliter vnitus fuerat.

C X VI . *Alia igitur maiestatis Christi ratio est, quatenus haberi sive possideri dicitur extixit, alia item quatenus exerceri dicitur è regnante. Illud enim Christi cum λόγῳ, hoc verò sessioni ad dextram tribuitur.*

C X VII . *Quod discrimen egregiè admodum Angelus Luca. & Petrus Actorum 2. nobis declarat.*

C X VIII . *Etenim Angelus pastoribus nativitatem Messiae nuncians, insanem in praesepi inuolatum, Christum & dominum predicat, Annuncio, inquiens, vobis magnum gaudium, quia hodie vobis natus est Saluator Christus dominus.*

C X IX . *Petrus autem Actorum 2. testatur, quod postquam a Iudeis crucifixus est, & postmodum dextra Dei exaltatus sit, Deus ipsum Christum & dominum fecerit.*

C XX . *Nec tamen pugnant inter se angelus & Petrus, quia hoc quod modo expressimus, discrimine, haec ab eis dicuntur.*

C XXI . *Cum enim infans iste iam tum plenitudine spiritus sapientia & fortitudinis sine mensura vñctus fuerit, rectè & verè in praesepi Christus & dominus ab Angelo nuncupatur.*

C XXII . *Quia verò maiestatem, qua vñctus fuerat, & dominium, quod ratione ipsius exercebat, & sese voluntate seruum constituit, qui verè Dominus erat: idcirco illud seruile Schema denovo abiicit, & ad Dominum suum plenè administrandum euehit, rectè a Petro post ascensum ad calos Christus, ut Dominus saturatione è regnante predicatur.*

Q V O D E' Ζ I Σ K A I E' N E' P-
F E I A , I D E S T , A C T V S P R I M V S
*& secundus omnipotentia, omniscientia, & omnipresentia
in humanitate Christi differant,*

I S A G O G E .

C X V .

166.



N capitulis Maxentij legimus, *Si quis dicit, Deus non est factus Christus, Christus autem factus est Deus, anathema sit.* Nam sectatores Theodori Mopsuesteni magistri Nestorij dixerunt, *Christus factus est Deus.* At secundum Leonis sententiam *Deus factus est homo.* Quamobrem ab Ecclesia iam olim reiecit sunt locutiones, quales hic sunt, *Christus factus est cum dextra Dei unum ὑπόσημενος seu cum dextra Dei personaliter unitus est.* Adhuc humanitas Christi non ideo est Deitas vel dextra Dei, realiter, neque propterea realiter est eadem omnipotens, & tertiariae blasphemiae accessio est, declaratio plenissima maiestatis, qua realiter sit omnipotens humanitas Christi ἐν γραμμώς, id est, actu secundo, quam articulo sellionis Christi ad dextram patris praetexit.

C X VI . Res creatę actu primo & secundo tantum discernuntur seu ἔκτικῶς ή ἐν γραμμώς. Sed aduresatius maiestatem suam, qua humanitas Christi sit realiter omnipotens, rem creatam esse negat. Quare si nunc creatum quiddam esse illum dicat, implicat contradictiones. Sin minus, rei increate distinctio inanis est. Est & hoc vanitatis non postremum documentum, quod indefinite dicit, possideri dici illam maiestatem ἔκτικῶς, item dici exerceri ἐν γραμμώς. Sed

Sed etiam mendacia & blasphemie dicuntur. Horredus autem abusus nominis diuini est, quod sacrosanctum myste-
rium incarnationis Domini & exaltatio eius in regno & sa-
cerdotio, eiusmodi profanis deliramentis pingendis adhi-
bentur, quasi sanguine eboli bacce & minium rubens, qui-
bus Ethnici statuas olim in sacrificijs colorarunt.

CXVII. Reificę commentitiam distinctionem An. 168.
gelus & Apostolus, qui probent? Qui testes veracissimi sunt,
& testimonium habent, quod non errant. Non enim assen-
tabuntur arbitror aduersario, ut ipsi anathemata fiat. Gal. 1.

CXVIII. De dicto Angeli Cassianus l.2.c.2. dicit: Ne 169.
solum utique in Christo hominem intelligeres & Domini & Sal-
uatoris tibi nomen adiecit, ut quem salvatorem esse cognosceres
DEVN esse nequam denegares, scilicet infantem in praesepi po-
stum & fasciolis involutum. Quare angelus. Luce 2. Christum
seu Meßiam & I E H O V A M ibi postum & involutum esse fascijs
docet. Sed aduersarius, quamuis de actu primo maiestatis,
quā sit humanitas Christi realiter omnipotens, idem acci-
pivelit, tamen quod eadem sit actu primo I E H O V A affue-
rare non audet. Nihil igitur certius est, quām illam maiesta-
tem aduersarij, non esse gaudium & Euangelium angeli.

CXIX. Petrus autem Act. 2. signa luculentissima, que 170.
in omnium oculos & aures tunc incurribant, predicat &
expendi postulat, & iis Christum in regno & sacerdotio ex-
altatum esse probat, videlicet visibili effusione spiritus San-
ti, dono linguarum, sanationis, efficace concione Euange-
lij agnitione, & inuocatione Christi salvatoris, Veri Dei &
hominis, fortitudine Apostolorū & ipsorum defensione in-
termedios hostes & similibus beneficijs, que Christus sepe
ante promiserat, & tandem adeptus abūde patris munere con-
tulerat, iuxta vaticinia Psal. 132. 16. 110. quibus etiam ascen-
sionem & resurrectionem Christi, quorum omnes discipuli
testes oculati erant, cōfirmat & inde agnoscere iubet. Quod
Deus ipsum Christum & Dominū fecerit: CERTO SCIAS

ANALYSIN AD CAP XII.

BRGO (inquiens) NVNC TOTA DOMVS ISRAEL, QVOD
DEVS IPSVM CHRISTVM ET DOMINVM FECIT. Sed non
propterea humanitas Christi est realiter actu secundo IESO-
VA. Quare inanem laborem capit, quod anxiè POSTEA-
QVAM & POSTMODVM interponit, & mentionem resur-
rectionis pretermittit. Neque ideo quod humanitatē Chri-
sti realiter omnipotentem esse fingit actu secundo, Deus
Saluatorem CHRISTVM & DOMINVM fecisse a Petro dici-
tur. Non enim natura humana seipsum legibus mortis ex-
mit & animam corpori per se restituto & instaurato rursus
copulauit, neq; seipsum exaltauit ipsamet ad dextram Dei,
neque Spiritum Sanctum dedit.

*Videatur
respon. ad
Theo. 90.*

C XX. Scit, quod ferè secum pugnet. Sed quoniam an-
gelum & Petrum non pugnare fatetur, non cum ipso faciūt,
quamvis illis locupletissimis veritatis cœlestis testibus diui-
nitus autoritate graui & vera ornatis, commenti sui scabiē
nefariè, vt alijs testimonij scripturæ & orthodoxorum af-
fricare molitur.

*Videatur
Theo. 93. 95.*

C XXI. Suprà soluit fidem, quando pro sua maiestate
fidelitia, non scripturæ seu Baptista, sed sua verba attulit, &
Baptista nomine illa suauit, dicens: Quod Christus pro-
prij sui spiritus infinita sua plenitudine sine mensura carnē
assumtam vixerit, vt hīc illā vocat stolidē, iam tūm pleni-
tudinem spiritus fortitudinis & sapientiæ, &c. ac propterea
autumat angelum dixisse infantem Christum & Dominū.
Nisi vanitati veritas cedat, suum figmentum potius destruit,
quām astruit.

C XXII. Quia verò docere nequit, aut maiestatem
qua realiter sit omnipotens humana Christi natura, ei actu
primo competere, aut eandem esse exinanitam, Petrum
scurrā velitem & præstigiatorem potius, quām Apostolum
Iesu Christi putat, quod pro plena illius fidelitatem maiestatis
vsurpatione locutum esse autumat, quando Christum Do-
minum factum esse dicit, Quem filium Dei demonstratum
est.

esse per resurrectionem, ut Apostolus ad Rom. testatur, secundum spiritum Sanctificationis, voluit. Farrago igitur est blasphemarum vocum, quod realem omnipotentiam naturae humanae (quam maiestatem quam vñcta fuerit & dominium quod acceperit nominat) exinanierit ratione vsus, & ita se seruum constituerit, &c. Nam humanitas Christi nuntiat realiter cepit esse Deus vel omnipotens actu primo. Detorquet autem testimonia scriptura de divinitate Christi, ad seu actum primum maiestatis, qua singit realiter omnipotenter esse naturam humanam, & que loquuntur de exaltatione ipsius in regno & sacerdotio, rapit ad secundum actum illius fictitia maiestatis, & sic neque essentia neg, officij ratione Christum verè esse Dominum agnoscit. Non enim intelligentiam dictorum eis dicitis potius exspectat, quam importat, & refert potius quam affert. Sed cogit id videri dictis contineri, quod praeccepit intelligendum, quod Hilarius vetat, iuxta illud Decalogi, *Non usurpabis nomen Domini Dei tui vanè.*

CXXIII. T H E S I S.

Errant autem, qui naturarum diuina & humana eandem ratione (quod ad κοινωνίαν ἀδιωμάτων attinet) constituant; ut, quemadmodum diuinitas non dicitur passa, sic humana in Christo natura seu Christus secundum humanitatem non posse omnipotens appellari.

CXXIV. Diversissima enim haec predicationes sunt, quarum prior diuinitas est passa, est falsa: posterior vero, qua humana Christi natura omnipotens predicatur verissima est.

CXXV. Discrimen hoc predicationum ex naturarum diversitate oritur. Non enim assumta assumentem, sed assumentis perficit assumtam.

CXXVI. Et diuina quidem natura, cum simpliciter sit immutabilis, passiones in se recipere non potuit.

CXXVII. Humana vero Christi natura, que mutabilis est, ideo in statum meliorem euehi, ac ut Cyrilli verbis utar, in conditionem assumentis transferri potuit.

Q V O D H U M A N I T A S
C H R I S T I N I H I L O M I N V S S I T
*omnipotens, omniscia, omnipræsens, etiam si di-
uinitas non sit passa, &c.*

I S A G O G E.

CXXIII.

174.



*Reffoßio-
nead The
21. & 37. C
66.*

VOD fallacibus strophis in illo perpetuo centonē tricarū sophisticarum, usus est; tot indices dedit, quod humanitas Christi non sit omnipotens. Quare frustra erroris accusat orthodoxos, qui ipsi aduersantur, præsertim cum verè ostendere non possit, minùs falsò dici, quod humanitas Christi sit omnipotens, quām quod diuinitas Christi passa sit. Non igitur alia est communicatio Idiomatum diuinæ naturæ, & alia humanæ. Sed eadem est communicatio Idiomatum vtriusque naturæ, vt antea dictum, & sacrarum literarum testimonijs confirmatum est.

175. CXXIII. Quia largitur diuinitatem non esse passā, quoniam diuinitas non est humanitas, necessariò quoque dandum ipsi est, quod humanitas non sit omnipotens. Et enim & humanitas Christi non est diuinitas. Ergo pariter falsæ sunt propositiones, humanitatē esse omnipotentem, & diuinitatem esse passam. Et haec tenus non diuersæ sunt illæ propositiones.

177. CXXV. Ad naturarum distinctionem, & non ad Idiomatum communicationem pertinet, quod natura assumta ab hypostasi assumente perficitur. Perturbat igitur Idiomatum communicationem & distinctionem. Neq; enim humanitas Christi est Deus, eo quod perficitur a Deo verbo, cui hypostaticè unita est; Qui ergo sit ideo realiter omnipotens,

tens. Nam *Forma Dei*, ut Leo ad Flauianum scribit, *formam serui non minuit, nec formam serui, formam Dei in Christo ademit*. Alioqui neque verus Deus, neque verus homo, neque adeò mediator esset. Et Gerson. *Gloria humanitatem non tollit, sed extollit*. Et Damasc. l. 3. c. 4. *Diuinitatem dicentes non de illa nominamus ea, que humanitatis sunt propriae neque de CARNE prædicamus, que PROPRIA sunt Deitatis*.

CXXVI. CXXVII. Conuenit de eo, quòd mutatio-
nis & passionis expers sit diuinitas, & humanitas in condi-
tionem meliorem & statum assumentis transferri potuerit,
sed ut scriptura declarat, iuxta quod verbum caro factū est.
Non autem inde effici ut humanitas sit realiter omnipotēs,
Vel ex eo constat, quòd aduersarius non ideo affimat hu-
manitatem esse Deum. Et eiusdem facultatis est, naturam
mutabilem, & patibilem facere omnipotentem & immu-
tabilem: & rursus omnipotentem & immutablem efficere
mutablem & patibilem. Quare si omnipotens est humani-
tas, passa est etiam Deitas Christi, & aduersarius alterum affir-
mans alterum negans, partim verum partim falsum afferit, & am-
plexitur: Quod est stratagem in fidantium veritati, ut Basil. l. 1.
contra Eunomium dicit: eos assumere quadam ab omnibus con-
cessa, ut ex eo, quod bene in ijs sentiunt, etiam in cateris ipsis fides
habeatur.

*Cyril. l. 12.
The. c. 12.*

CXXVIII. THESES,

Quod sane discrimen vniuersa vidit antiquitas, ad cuius vnanime testi-
monium respicere oportebat, quibus alias eruditæ vetustas semper in ore est.

CXXIX. Sic enim Damascenus lib. 3. cap. 15. scribit: Diuinitas ipsa quidem
proprias glorificationes carni communicat manens expers passionum carnis.

CXXX. Et Augustinus contra Felicianum cap. 10. Insuria sui corporis affe-
ctum non fateor Deitatem, sicut maiestate Deitatis glorificata nouimus carnem.

CXXXI. Similiter Eusebius lib. 4. cap. 11. scribit. Verbum ex seipso sua com-
municabat homini. Non autem vicissim ad consortium mortalitatis natura verbi
detracta est.

AD ANALYSIN CAP. XIX.

CXXXII. Basilius in S. Christi nativitatem: *Sicut ignis ferri proprietatis non transmittit: sic planè etiam Domini caro ipsa particeps facta est Deitatis.*

CXXXIII. Quamobrem sicut cum sacris Patribus, Christum secundum Deitatis naturam non passum esse credimus, *Sic cum ipsisdem Christum iuxta hanc manam naturam ad dextram omnipotentis virtutis & maiestatis verè exaltatum confitemur, quam secundum immutabilem diuinitatem in tempore exaltari impossibile fuerat.*

AD ANALYSIN CAP. XIV.

Q V O D D A M A S C E N V S
A V G V S T I N V S, E V S E B I V S E T B A-
filius doceant communicationem Idiomatum realem respectu hu-
mana Christi naturæ, non contra, id est, humanitatem
esse omnipotentem, & diuinitatem
non esse passam,

I S A G O G E.

CXXVIII.

178.



S T E N D R E ritè non potuit, humanitatem Christi potius esse omnipotentem, quam diuini-
tas passa est. Ergo humanitatem non omnipoten-
tem esse dedit, & fictam esse communicationem
diomatum realem, quam defendit, præsertim cum com-
municationem Idiomatum naturæ humanæ in hypostasi
verbi neque negare, neque nudam & fictam dicere ausit, &
specificum ipsius nomen silentio conculcit. Nihilominus
autem discrimen esse communicationis Idiomatum utrius-
que naturæ, pertinaciter adfirmat & hic repetit. Sed si nos
hebetes somnolenti inertes ad consensum antiquitatis o-
culos & animos conuertimus, quemadmodum homo vi-
gil perspicax & acer nos exuscitat in illis ipsis testimonij,
quaæ citat, nihil ad rem ipsius dicitur, imò communicatio
ipsius

ipsius realis, ut appellat, refutatur. Etenim de communica-
tione Idiomatum nō agunt, sed naturas essentialiter & rea-
liter distinctas docent, effectis & beneficijs diuinæ naturæ,
quæ emanant in humanam, quum nihil boni vel mali ab hu-
mana redundet in diuinam. Fraude omittit, quibus se plenè
& planè explicant veteres doctores. Generalissima, vt alii
quid pro suo figmento dicere videantur, retinet & profert,
Et sic ad eruditam vetustatem respicere oportet, quos, quia
ab illa refutantur, eius pudet ac pænitet: & tanien ut eam
magnificare videantur abuti ipsius autoritate veritos qua-
si imperios vel oscitantes molli brachio obiurgant.

CXXIX. Appellat Damascenus glorificationes car- 179.
nis, quas diuinitas ipsi communicat, effecta diuinitatis per
carnem, quæ carnis sunt. Nam sub verba, quæ aduersarius re-
citat, inquit: *Gessit diuinitas quæ propria sunt carnis per carnē.*
Quamobrem carnem organum diuinitatis ibidem nominat, & si-
militer participem infirmitatis & passionum carnis diuinitatem
fuisse negat. Paulò antè, diuinitatem sublimia, carnem humilia
operata esse dicit. Item, *diuinitatis in Christo diuina & omni-*
potens est actio, humanitatis autem, quæ secundum nos. Neque vi-
tuscat Lazarum humana natura, neg. lacrymatur diuina potestas.
Ergo secundum Damascenum falsum est, quòd humanitas
sit omnipotens, ut hoc quòd diuinitas sit passa. Et sic eadem
ratio est communicationis Idiomatum iuxta vtramque na-
turam, etiamsi effectibus differant, quos effectus non esse i-
psa Idiomata a Damasco discere potest Aristarchus exi-
mius, nisi plus habet scientiæ, quam conscientiæ. Similis lo-
cusextat apud Athanasium Dialog. 5. de S. Trinit. quē ad-
scribam, quia, ut omnia alia huius auctoris, valde insignis est.
Sicut corpus ex Maria desumptum Deus sermo suum ipsius corpus
dixit, quod tamen non est eiusdem, atque Deitas ipsa natura: ita e-
niam suas dicit perpessiones, & tum animalis, tum ratiocinatrix
facultatis incrementum, & quacunq; naturæ humanæ sunt, ut sibi
propria vindicans pro bona gratia sua voluntate. Sic etiam suam

AD ANALYSIN CAP. XIII.

dicit carnem vita instrumentum, sic suis perpessionibus compositum, ut diuinis consilijs quadret. Nam uspueret usus est corporis instrumento, itemq; corpore ut sepeliretur, & ut voluntariè mortem subiret, ac inferos prædaretur, animam adhibuit, quam se se dixit pro suis ouibus deponere. Neg, igitur sermones hominis sunt proprij, neq; actiones, &c.

180. CXXX. Augustinus, vt Damascenus confert atque discernit vtriusque naturæ proprietates κατ' εὐεργήσια, id est, ratione effectorum, & humanitatem diuinitati nihil derogasse vel adiecisse, diuinitatem humanitati perfectionem maximam contulisse tradit, & glorificationem carnis, miraculosam eius sustentationem dicit: Quòd auctus in profundo non mersit, quòd fame non perijt in deserto dies quadraginta cibi & potus inops: EX HOC PACTO, inquit, iniuria sui corporis non fateor affectam Deitatem, sicut maiestate Deitatis glorificatam nouimus carnem. Ac ne illa generalitate aduersarij abutentur, diserte propria Dei dicit, satiare paucū pani- bus millia, SUPER FREMENTES VNDAS SICCIS A M B V - LARE PEDIBVS, reddere perpetuam carnem, Et propria carnis sentire famem, sustinere spuma, flagella, gustare mortem. Adhac, vetat confundere propria, ne aut incorporea & imaginaria introducatur caro, aut corporea & mortal is fiat Deitas. Quamobrem aquæ falsas esse propositiones sensit: Humanitas est omnipotens: O: diuinitas est passa.

181. CXXXI. Illustrauit & Eusebius discrimen naturarum, essentiale & realeratione effectorum. At effectorum communicatio propriè loquendo non est Idiomatum communicatio. Nam terminus denominat relationem. Quare & hic nihil dixit pro deliramento aduersarij. Et quomodo accipi velit, quòd inquit, mortali vim diuinā suppeditans, a mortali verò ipsa in partem vel communitatē non adductus, lib. 4. c. 14. exponit his verbis: λόγος assumptum hominem dignū redidit in Deitate vita aeterna & beatitudine. Non ergo sensit humanitatem esse realiter omnipotentem. Nam ante verba, quæ ad-

quæ aduersarius inde abruptus, dicit: *Quod cum versabatur inter homines, nihilominus cum patre idem & in patre idem erat, omnibus una curabat & regebat in celo & terra, ubique erat, nusquam ab illa præsentia, qua omnibus rebus adest, nostro more exclusus, neque diuina ne ageret impeditus.* An verò humanitas cum patre eadem, & in patre eadem erat, vt dininitas Christi? An eadē omnia complebat, & gubernabat cum patre Filio & spiritu Sancto tunc etiam, cum inter homines Christus versabatur?

O M N I A dicit **B U S E B I U S**. Ergo maiestas, qua realiter omnipotentem esse aduersarius opinatur humanitatem, secundum Eusebium non exinanita fuit. Quomodo iam stabit forma serui & abiectio eius formæ, de qua nuper multa garnituit. Vbi locus erit plenissimæ usurpationi eius maiestatis, quam secutam esse blaterauit? At ne ipse met stragem ederet nimis a pertè in suis istis machinis, fallacijs, dolis dissimulauit astutè, quæ haec tenus vrsi. Mirari autem satis nō possum, hominem non ab alienari satiérat & fastidio ab inani sophiſticiandi labore, quo Deo & Ecclesiæ molestus est. Sed defatigari se non oportere fortassis arbitratur, vt multitudine fallacium conclusiuncularum veritatem potius obruat, quam ipsam agnitam amplecti se fateatur & vigore sinat. Sed luce tamen ipsius decus, & nos allicit & iunat.

CXXXII. Confirmat & Basilius id, de quo inter nos conuenit, diuinitatem non esse passam. Quanquam Euthyches & complices aduersarij Marpachius & Musculus dissēciant seuti fortassis Lutherum, qui in lib. de concilijs scripsit: *Nebrianum esse, qui naturam diuinam in Christo passam esse neget.* Quare cum aduersarius contra suos socios neget propositionem, **D I V I N I T A S C H R I S T I** est passa, quomodo cum ijs tuebitur, quod humanitas sit **O M N I P O T E N S**? Quinto tuta a Luthero defecisse videri vult, qui dicit, faciens Christus hominem omnipotentem (sc. quā homo est) duas naturas & eorum actiones imprudenter permisit. Sed de his haec tenus: *Sicut ignis ferri proprietates non recipit* (ait Basilius): *sic humana Domini*

caro, non contulit Deitati suam propriam imbecillitatem, hoc est
 sicut ignis in candente ferro, neque colorem, neque rigorem,
 neque densitatem, neque alias ferri qualitates adsciscit. Ita
 diuinitas Christi non facta est finita, mortalis, affectibus pa-
 uori, dolori, tristiciæ obnoxia propter carnem. Quòd verò
 nolit Basilius humanitatem esse omnipotentem, quando in-
 quit, HUMANITAS CHRISTI particeps facta est DEITATIS
 perspicue exponit, cum querit (quod pena fide præterit ad-
 uersarius) τίνα τρόπον ἐν οὐρανῷ θέστης? Quomodo in carne est Dei-
 tas? Et subiicit. Sicut ignis in ferro, & μεταβαλλόμενος ἀλλά μετα-
 dolinōς, non transituè, sed distributiuè. Non TRANSITIVE est,
 Quod sicut ferrum non vertitur in ignem, neque ignis in fer-
 rum. Ita natura diuina non mutatur in humanam, neque hu-
 mana in diuinam. Et ut diuinitas non est passa, ita humani-
 tas non est omnipotens. Sed DISTRIBUTIVE, ostendit νόη-
 τικήν inseparabilem λόγον in carne; & effecta Idiomatum
 diuinorum, quæ a natura diuina emanant in carnem, & gra-
 tiæ habituales vulgo appellatur. Quare de communicatio-
 ne Idiomatum prorsus non agit, Sed diuina & humana di-
 cernit. Nam sicut ignis in ferri substantiam non transit, &
 tamen id calore & luce perfundit, sic ait carnem Christi di-
 stributiuè participare Deitatem; quod Eusebius dicit, mortali-
 vim diuinam tribui, & assumptum hominem in Deitate dignum
 redditum beatitudine & vita aeterna, quod Augustinus ad mi-
 racula in carnem Christi collata, Damascenus ad omnes car-
 nes Christi actiones extendit, Quæ sunt τοις λόγοις actiones, vt
 causæ principalis, & humanæ naturæ vt instrumenti, & pro-
 pter unitatem personæ propriæ diuinitatis glorificationes
 nuncupantur. Hæc omnia similitudine Basiliij adhibita di-
 lucidiora fiunt; qui in πρεξισμασ, utriusque naturæ veritatem
 conseruare precipit cum reverentia & metu, prohibens humana ad
 diuinam naturam transferri, ne quid indignum de diuinis substan-
 tia sentiatur, & rursus diuina ad humanam, ne HUMANITVS
 GESTA FALSIS IMAGINIBVS illusa estimentur. Ergo phan-
 tasma

Videatur
 Tho. 197.

tasma pro corpore obijci censuit cum Marcionitis, quando
humanitas Christi omnipotens, omniscia & omnipræsens
esse asseritur, & æquè falsas esse propositiones credidit, HV-
MANITAS est OMNIPOTENS & DIVINITAS est PASSA.
Et eandem communicationem Idiomatum vtriusque na-
turæ esse sensit.

CXXXIII. Quare bene facit aduersarius, quòd con. 18.
tra suos complices naturam diuinam Christi passam esse
negat, sed si contra eosdem & seipsum humanitatem esse o-
mnipotentem quoque inficiaretur, & eandem esse rationē
naturarum diuinæ & humanæ, quod ad communicationē
Idiomatum attinet (vt Orthodoxa antiquitas docuit, quod
planum fecimus ex his ipsis locis, quos ille adduxit) fatere-
tur, verè ipsi de Orthodoxæ antiquitatis suffragatione plena
plauderet, neque ea gloria ipsi inuidenda esset. Sed contra
scripturam, & veram Ecclesiæ doctrinam omnium tempo-
rum, humanitatem Christi omnipotentem esse nihilomi-
nus sentiens, hoc suum deliramentum præstigijs verborum
inuoluit, vbi propositio repetenda erat, & nunc dicit exal-
tationem Christi iuxta humanam naturam ad dextram o-
mnipotētis virtutis & maiestatis Dei, & Christum iuxta di-
uinitatem exaltari potuisse negat, quia sit immutabilis,
Quasi verò exinanitio ipsius mutationem aliquam attule-
rit; *Sun quoderam, nec eram quod sum, nunc dico utrumque; iu-*
xta illud Dionysij Alexandrini: Id quod erat permanit, id quod
non erat, assumptum, id quod semel assumptum nunquam deserit. Non
homo diuinus, sed ~~deus~~ Christus Iesus, Deus & homo
exaltatus est in regno & sacerdotio, vt illud Psalmi 110: Sede
a dextris meis: non tantum de natura humana, sed simul de
persona missa intelligendum esse declarat, ea in re vnicus,
verissimus & præstantissimus magister noster Christus, qui
Matth. 22. inde ostendit Pharisæis se non hominem nudum
& merum, Sed Deum quoque esse. Perpetuam doctorum
Ecclesiæ, qui sinceri sunt & fuerunt, consonantiam nec tem-

AD ANALYSIS CAP. XIV.

poris interuallum, nec linguarum varietas turbauit, vt non
sint dissimiles lyræ, quæ multas diuersas chordas habet, &
vnum concentum efficit, vt Theodoreti grauissimis & ve-
nustissimis verbis loquar.

CXXXIV. T H E S I S.

Neque est ut quisquam hanc phrasin nostram tanquam in abstracto t-
nunciatam reprehendat.

CXXXV. Quod enim humanitati Christi non in abstracto aut seorsim in
ab y o, sed intra ipsam personam re ab y o, in qua vere subsistit, maiestatem verbi
ipsius propriam tribuamus, suprà quam euidentissime est ostensum.

CXXXVI. Quod vero in nostra phrasi naturam Christi humanam diserte
exprimus, id quam non sit a consensu vetustatis alienum, diligens lector exte-
stimonij patrum in hisce nostris thesibus allegatis, sole clarius deprehendet.

CXXXVII. Et quidem ad hanc necessitatem ipsi aduersari nos adege-
runt, qui alias sub propositione (Homo Christus est omnipotens, omniscius, omni-
præsens) suum errorem occultare solent.

CXXXVIII. Dum enim hominem Christum sive personam omnipoten-
tem, omnisciā, omnipresentem dicunt: Hec omnia ad solam diuinitatem exclu-
sib[us] humanitatis natura ita restringunt, vt nihilominus imperitis admodum pra-
clarè de maiestate hominis Christi sentire videantur.

CXXXIX. Hinc nostri doctores, totius antiquitatis vestigis insistentes ad
errorem illum aduersariorum detegendum suprà commemorata phrasi vñ sunt.

CXL. Cumq[ue] res ipsa, quæ hac phrasi significantur, in scriptura ita sit ex-
posita, vt penè nihil in ea sit decatatus, quis eam seruitutem inueheret, vt quoad
iuxta Dei verbum corde credimus, hoc ipsum ore non confiteri, & quoad eius fer-
ri posse, quam dilucidissimis phrasibus explicare nobis integrum esset.

AD ANALYSIN CAP. XV.

QVOD HAE C PHRASIS;
HUMANA CHRISTI NATVRA SEV
in Christo est omnipotens, omniscia, omniprasens, &c.
non sit reprehendenda,

ISAGOGE.

Damasc. I.
I. Orth. fid.
c. II. Basil.
I. I. contra
Eunomium.

CXXXIV.



A T E T V R in abstracto non tribuendas esse 184.
proprietates diuinæ naturæ humanæ. Quare ex
suo ore iudicatur, quod malè afferat humanita-
tem Christi esse omnipotentem. Nam abstractū
verum & non fictitium est appellatio alterius naturæ Christi in t-
pia persona per se considerata. Et humanitatem Christi eo mo-
do aduersarius realiter esse Deum non dicit, quo eandem o-
mnipotentem esse fingit.

CXXXV. Nam cum in Ecclesia ab orthodoxis caro 185.
Christi in ἀρχῇ omnipotens esse dicitur, homo Christus o-
mnipotens esse intelligitur κατ’ ἄλλο, id est, respectu diuinæ
naturæ, ut Petrus dicit Christum viuificantum spiritu, Et sic
omnia Idiomata diuina cum Deitate carni tribuuntur. Sed *The. IV.*
illam Idiomatum communicationem erroris nubem & ne-
bulam mox aduersarius ducit, & Christum in persona iuxta
vtramque naturam realiter omnipotentem, omnisciā, o-
mnipræsentem esse vult, & tamen eundem iuxta vtramque
naturam Deum esse non dicit; non eundem iuxta vtramque
naturam, sine principio & seipso esse, creatorem cœli & ter-
ræ esse, æternum characterem & imaginem substantiæ pa-
ttis, genitum ab æterno patre, affirmat. Quare qua humani-
tati Christi iuxta verbū Dei tribunur, illa eadem recte afferuntur.

Quodverat prætextu personæ confundere proprietates, & prætextu proprietatum diuidere personam, quorum alterum Eutychiorum, alterum Nestoriorum est. De cæteris mendacibus nugis aduersarij quas iterat, suprà videantur responsiones ad Thes. 14.15.25.39.40.41. & infra 193.197.214.225.225.

186. CXXXVI. Cum de naturis est sermo, discernuntur proprietates & usurpantur vocabula abstracta, & id in testimonijs vetustatis pia perspeximus, que recitauit. Non autem quod in distinctione duarum naturarum licet (scilicet ut usurpentur abstracta, ut in scholis nominantur) quæ verbo Dei traditur, id etiam in confusione earum fas est, quæ cum verbo Dei pugnat. Quod si videbor minus diligens lector fuisse, pro aduersarij spe & voto, ignoscat mihi, quod a meis magistris non didici calliditatē & pertinaciam falsandi verbum Dei & defendēdi errores cum claro verbo Dei pugnantes. Malo negligentie crimen in mundo, quam diligentie laudem cum iactura veritatis & gratię Dei in cælo.

187. CXXXVII. Illam propositionem: Homo Christus est omnipotēs, omniscius, omnipræsens, si ab Orco rediret Nestorius, damnaret ut istam Deus est crucifixus, Et Eutyches, non illi aliam opponeret, quam hāc: Humanitas Christi est omnipotens. Quis igitur error ea occultari potest, nisi aduersarij vel Eutychis vel Nestorij furor euangelium est?

190. CXXXVII. Ditum vero piaculum est, hominē Christum omnipotentem, omniscium, omnipræsentem dicere tantum quam Deus est. Si errauit Paulus affirmans Christum resurrexisse per potentiam patris, Et Christus: se ejcere Demonis spiritu Dei, & Petrus, Christū vivificatum esse Spiritu, & si aduersarij cum Eutychis Christum iuxta humanam naturam realiter omnipotentem esse sentientes & contendentes, singulari quodam Deum cultu afficiunt, quod hominibus credulis & sibi persuadent, se rectius de maiestate hominis Christi, quam Christum & prophetas & Apostolos, & germanos eorum discipulos docere. Superius autem in respōsione ad caput

caput V. de maiestate hominis Christi plura diximus: & in-
fra Th. 215.

CXXXIX. Quare doctores eximij, quos NOSTROS
vocat, nulla antiquitatis, nisi Eutychea vestigia insistentes,
falsissimam phrasin & in Deum ac filium Dei & assumtam
eius carnem, blasphemam introduxerunt, Humanitas Chri-
sti est omnipotens, omniscia, omnipræsens.

CLX. Et enim cùm humanitas Christi non sit realiter
Deus, quod non inuitio aduersario me assuerare statuo, ubi
in scriptura est, quod ex solo illo antecedente sequitur? Hu-
manitatem Christi esse omnipotentem, omnisciam, omni-
presentem. Certè enim nulla est naturarum vel proprietatū
vel actionum confusio. Ac quid tanta fallacium conclusi-
uncularum lama opus est, si ex claro & perspicuo Dei verbo
res constat? Quare cum ad certam regulam loqui sibi neces-
se non esse putet, ut Paulus 2. Tim. i. præcipit, licentiam ver-
borum, quæ de rebus, quæ his significantur, impian opinio-
nem dignit, libertatem ducit, & fortassis æmulatus illum a-
pud philosophum, qui legem dicit Tyrannum: metas a ver-
bo Dei positas dicit seruitutem.

CXLI. T H E S I S.

Nam hoc in primis ad nostram sententiam confirmandā facit, quod ar-
ticulus confessionis Christi ad dextram eiusmodi exaltationem exprimit, quæ non ab
eterno, sed in tempore sit facta.

CXL. Quod series articulorum symboli Apostolici monstrat, quibus Chri-
stum, postquam resurrexit & in celos ascendit, ad dextram Dei patris omnipoten-
tis confessisse profitemur.

CXLII. Hoc ipsum Christus quoque docet: Matth. 26. Luca 22. a modo vi-
debitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei.

CXLIII. Cui electum Dei organum consentit, Eph. 1. Quam (fortitudi-
nem) exercuit Deus in Christo, cum resuscitaret eum ex mortuis & sedere eum fe-
tit ad dextram in cœlestibus.

CXLV. Et iterum, qui per semet ipsum purgatione peccatorum facta con-

AD ANALYSIN. CAP. XV.

sed in dextra maiestatis in excelsis.

CXLVI. Quamobrem hanc Christi ad dextram exaltationem ad personam certe (de quo nulla controvèrsia est) sed secundum assumptam naturam (iuxta quam solam exaltari poterat) referendam indubitate colligitur.

CXLVII. Porro non eo modo Christus exaltatus est, quo Deus paſſim in scriptura exaltari dicitur.

CXLVIII. Qui licet per ſe in aliissimo gradu dignitatis, ita ſemper permaneat, ut nec in meliorem nec in deteriorem ſtatum permutari, ac proinde nec exaltari, nec humiliari ſe ipſo poſſit: Respectu noſtri tamen, ſupra omnes celos exaltatorem nomini eius dicitur, quo ad ſc. nos maiestatem ipſius & sanctitatem nomini eius agnoscimus & celebramus.

CXLIX. Christus autem colloquatus ad dextram Dei non respectu noſtri, ſed ſeipſo vere exaltatus eſt.

CL. Quod Petrus docere voluit Act. 2. ſciat tota domus Iſrael, quod Dominum & Christum Deum fecerit hunc Iesum, quem vos crucifixiſtis.

CLI. Et Hebr. 1. Confedit in dextra maiestatis in excelsis, tanto prestantior angelis factus, quanto prestantius nomen accepit.

CLII. Quibus verbis eiusmodi exaltatio Christi docetur, que non relatione quadam ad nos deſcribitur, ſed qua Christus respectu ſui in meliorem ſtatum exaltatus eſt.

CLIII. Vnde manifestum eſt, hec de Christo non iuxta deitatem (ſecunda) quam non eſt factus Dominus, ſed genitus Dominus predicatorum) ſed respectu naturae, cuiusratione dominus & Christus fieri & ſupra omnem potestatē angelorum exaltari potuit.

CLIV. Hinc adeo filium hominis, quatenus filius hominis, Dominum per vniuersa opera manuum Dei constitutum eſſe scriptura perhibet.

CLV. Qui omnipotenti ſue gubernationi ſubiecta & in manibus tradita habet omnia quecumque nominari poſſunt, non tantum in hoc ſed etiam in futuro ſeculo, adeo ut nihil penitus pretermiſſum ſit, quod non eius dominio ſubiectum ſit, excepto ſolo eo, qui ei ſubiecit omnis,

AD ANALY-

AD ANALYSIS CAP. XVI.

QVOD ARTICVLVS FI-
DEI DE SESSIONE CHRISTI AD

*dextram patris, confirmet humanam ipsius naturam
esse omnipotentem ἐνεργητικῶς, id est,
actu secundo,*

ISAGOGÉ.

CLXI.

AR T I C V L I fidei sunt epitome doctrinæ diuinæ 193.
nitus traditæ. Deus autem mentiri & negare seipsum
nō potest. 2. Tim. 2. Quam obrem ordo naturæ om-
nium rerum prius mutabitur, quam ut articulo
sessionis ad dextram, qui exprimit exaltationem Christi in
tempore factam, deliramentum aduersarij, quod humani-
tas Christi a resurrectione sit omnipotens, omniscia, omni-
præsens ἐνεργητικῶς. i. actu secundo, stabiliatur. Quod esse cō-
mentum hominum, qui cum Deo certant fiducia suæ mali-
tiosæ sophisticae, & in Thesi. 116. & alibi ostendimus, & pas-
sim in ista arachnea tela conspicitur.

CXLII. Ut Luc 24. Dominus dicit: *Nonne haec oportuit* 194.
Christum pati & intrare in gloriam suam: ita in symbolo de fi-
lio Dei, Domino nostro Iesu Christo confitemur: Cōceptum
de spiritu Sancto, natum ex matre virgine, passum, mortuum, se-
pultum esse, resurrexisse, ascendisse in cælum, confessisse ad dextram
patris. Ergo Christus denum a resurrectione cōsedit ad de-
xtram Dei patris omnipotētis, & exaltatus est in regno & sa-
cerdotio. Nihil hīc de maiestate est, qua sit humanitas Chri-
sti omnipotens actu primo vel secundo. Quare ad eam con-
firmandam tantum facit, quantum baculus in angulo de-
litescens.

195. CXLIII. Rursus, quod Christus in passione vaticinatur Matth. 22. *Ab hoc tempore videbitis filium hominis sedentem a dextris Dei*, idem repetit a resurrectione, Lucas 24. cum dicit: *Sic oportebat Christum pati & resurgere a mortuis & ingredi in gloriam suam*, &c. Et Petrus 1. ep. c. i. spiritus in prophetis testificabatur euenturas in Christo permissiones, & gloriam illas consuquuturam. De qua & Ioh. 7. dicitur. Christus nondum erat glorificatus. Et Psal. 110. De torrente in via bibet. Propterea exaltabit caput. Philip. 2. obediens fuit usque ad mortem crucis, propterea exaltauit eum Deus, &c. Ergo non in puncto conceptionis sedit carne a dextris Dei? Qui ergo stabit sessio ad dextram, quam aduersarius a puncto conceptionis inchoat, quo *κατηνάσ*, id est, actu primo cepisse maiestatem, qua sit realiter omnipotens caro Christi, singit. Quare & seriem articulorum fidei perturbat, præterquam quod opiniones cum ijs pugnantes ferit.

196. CXLIV. CXLV. Electum Dei organum Paulum vocat quidem aduersarius, sed cur non cum electo & scriptura facit? Loquitur enim de potentia patris, qua Christum ex morte resuscitauit & ad dextram suam euexit. Eadem verò potentia excitari fidem in cordibus electorum ait idem: Quod & Christi opus est, exaltari in regno & sacerdotio, quemadmodum *ad dextram patris per semetipsum peccatorum purgatione facta confeditse* dicitur. Hebr. 1. Ergo non haec est illa maiestas, qua realiter sit omnipotens natura humana de omnipotentia filij, & non patris.

197. CXLVI. Quare satis graues poenas spretæ veritatis dat, videatur quod ut Idiomata diuinitatis essentialia humana natura Christi The 96. 97. communia facit: sic sessionem Christi ad dextram patris seu exaltationem talem excogitat, qualis exinanitio seu forma seruili fictitia est, quam paulo ante introducebat, nimirum quam tantum humilitati Christi tribuere fateatur, & tamen persona. Quæ quia improbum & impium commentum est, neque natura humana, neque persona Christi conuenit. Et simile figmentum est, de

est, de quo ad Th. 133. responsum est, quod iuxta solam naturam
humana exaltari Christus potuerit: sicut scripture tradit. 198.

CXLVII. Neque est quod Christum, ut Deus, passim
exaltari dicitur, exaltatum etiam sessione ad dextram Dei
quisquam sanus ac pius neget. Non enim propterea Christus
Deus esse desijt. Neq; collocatio ipsius ad dextrā patris,
alijs operibus mirandis Dei inferior est. Quare ad agnitionē
timorem fidem, dilectionem Dei & alios cultus, quibus san-
ctificatur nomen Dei, non minus momenti affert. Hoc autē
verum est, quod Christus non tantum, ut Deus exaltatus est;
Quia non tantum Deus: sed & homo est. Verum non mo-
do Deus & secunda persona diuinitatis est, sed etiam perso-
na missa ad Ecclesiam ut Esaiæ 9. dicitur, parvulus natus est no-
bis & filius datus est nobis. verum quia aduersarius, quādo ex-
altationem nominat, suum signū intelligit. *adlegia. i.*
nugatio est, quod Christus non ut Deus exaltetur illo signo.
to, quasi quā homo est, eo exaltetur.

CXLVIII. Est & hæc nugatio, quod Deus nec exalta- 205.
ri, nec humiliari possit, ut humanitatem Christi exaltari &
humiliari singit, quod exaltari & humiliari seipso vocat, sci-
licet exinanitione omnipotentiae communicata, & eiusdē
quā occultatā inde a conceptione realissimè habuerit ple-
nissima usurpatione. Et tamē, quasi agnitio, timor, fides, di-
lectio, & celebratio Dei magnopere ipsi curē sit, ita cum re-
spectu nostri, exaltari posse (ut loquitur) concedit.

CXLIX. Facilè autem obtinet Christum nō respectu 206.
diuinæ naturæ (quod nostri respectu dicit) exaltari illo fig-
mento, quod ad rauim vsque repetit, quo collocari huma-
nitatem Christi ad dextram Dei delirat; Quoniam eo diui-
næ naturæ suus honos detrahitur. Sed nequerespectu huma-
næ naturæ, scu seipso exaltatur eodem delirio, Quoniam hoc
ipso fictus honos humanæ naturæ asseritur, qui contumelia
& non honos est. Nam veritas mendacij accusatur, vt dixit
Amphilochius Episcopus Iconij citate Theodoreo Dia. 2.

207. CL. Quomodo igitur Petrus Apostolus Iesu Christi, Iesu Christi inquam, qui est Deus verus & verax, & in Euangelio, quod tradidit Petro & cæteris eiusdem generis seruis suis, intelligi vult severacem esse, & discerni hac virtute se & sua organa a Diabolis & eorum satellitibus, qui sunt mendaces: Quomodo inquam, propter id figmentum nefarium concionatus sit? Sciat nūc omnis Israel, quod Dominum & Christum fecerit Deus illum, qui crucifixus est. Petrus inquam, qui affirms Domine tu omnia nosti, tu nosti, quod amem te. Ioh. 21.
208. CLI. Neque verisimile est autorem epistolæ ad Hebreos a Petro dissentire, quia vna cum Petro loquitur, partim de exaltatione Christi in officio utriusque Naturæ communi, partim de donis, quæ & ipsa ad gloriam diuinæ naturæ pertinent, a qua promanant, & yunionem personalem includent simul, vt nos superius Augustinus, Athanasius, Basilius, Eusebius & Damascenus etiam docebāt. Et timidor est aduersarius, quām vt eò, quod præstantius nomen angelis accepit, quantò ijs præstantior est, asseueret: vel, Humanitas Christi est Deus, vt Suuenfeldius propter dictum Petri fecit: vel, Humanitas Christi est Iehoua, λόγος, Deus realiter & realissimè actu primo & secundo, sub persona λόγου; vt ipsius fictitia maiestas postularet, si vera esset.
209. CLII. Quare eti ijs verbis (loquendo de commentitia maiestate aduersarij) non describitur exaltatio Christi relatione diuinæ naturæ (quod vocat aduersarius respectu nostri) quia diuinę ipsius naturę honor adimitur: tamē neq; ex ijsdem constat, quod Christus respectu humanæ naturæ ita exaltetur, Quoniam falsus honor commentitia maiestate aduersarij naturæ humanę tributus, nullus est honor. Imo vt Cassianus dicit, Quod non ita dicitur ut est, etiam si honor videtur, iniuria est.
210. CLIII. Ergo, licet commentitia maiestate non exaltetur diuinitas Christi, & de maiestate illa, non accipi possint di-

sint dicta recitata, (neque verò Christus iuxta Deitatem tantum est genitus Dominus, quoniam etiam est persona missa ad Ecclesiam, vt Psal. 2. dicitur, *Ego unxi regem meum super Sion montem Sanctum meum*, & de hoc rege subiicitur, *Tu es filius meus, ego hodie genui te*, tamen manifestum est de natura assumta, eadem non magis intelligi posse, si iuxta illam manifestatam commentitiam depraventur, Tantum abest, vt propterea Dominus & Christus fieri, & supra omnem potestatem angelorum exaltari potuerit.

CLIII. Quare filio hominis etiam quatenus est filius 212.

hominis PROPTER FICTITIAM ILLAM MAIESTATAM, ne mundi quidem regna, quæ supplicaturo pollicetur, Matth. 4: nefarius ipfius vexator & Ecclesiæ; nedum omnipotens Dominum super vniuersa opera manus Dei, tributum est. Interim nihil verius est, quam quod scripsit, *Lu*
therus enarrans illud Psal. 8. Sub pedibus eius posuisti omnia, con ad calcem est locus ex
stituisti cum Dominum super opera manuum tuarum, id est, aqua- 18 The. Cy
lem eum fecisti, non quod nunc primum Deus esse cuperit, sed quod rille in lib.
homo ante non deus, neq; DEO ABQVALIS fuit. Nam CVM hoc pert; nens.
Is HOMO ESSE CEPIT, IDEM ET DEVS ESSE CEPIT, Et sic scriptura multo commodius loquitur de Christo, quam nos &
iungit personam ac naturam, & discernit naturas, ut pauci sint,
qui recte id intelligent, & ego ipse hallucinatus sapem, quod natura attribui, qua personæ sunt & contraria.

CLV. Quamobrem cum discernenda & non confundendæ sint nature, & OMNIPOTENS gubernatio cœli & terræ Christo vnicè quam Deus est, cum scriptura, Palæmone Lutro, conueniat: eadem falsò naturæ humanæ etiam vna tribuitur: & maiestas, quasi realiter omnipotens humanitas actu secundo ἐργάτινως, euanescit. Quamuis non inficiatur, omnes creature rā in cœlo, quam in terra in potestate Christi esse etiam quam homo est, Quæ quidem tanta est potestas atque dignitas, quanta nulli alij creature continere potest: attamen non est omnipotentia, vt aduersarius

ipsem et confirmat, & suum figmentum detegit, repetens il-
lud. Corint. 15. *Omnia ei subiecta sunt prater eum, qui ipsi omnia
subiecit.* Imo quod Christus & quā homo est, sit realiter omo-
nipotens, & omnipotenti gubernatione regnet, Eutyches
sobolis, Monophysitarum, Monothelitarum & Acephalo-
rum hæresin sapit, quæ Synodi Oecumenicæ Sextæ anathe-
mate notata est. Quæ contra hæc opponere solent aduersa-
rij, diluimus, c. 7. & 8.

CLXVI. T H E S I S.

Hinc infinitam potestatem iudicium illud ultimum exercendi, Christus
quia filius hominis est, concessum credimus, Ioh. 5.

CLVII. In quo iudicio cum abstrusissimas cogitationes cordium, adeoq; oc-
cultæ tenebrarum Christus, quatenus filius hominis indicaturus sit, certè easdem
cogitationes cordium, etiam quā filius hominis est, introspectat oportet.

CLVIII. Non enim λόγος per humanam naturam insciam secreta cor-
dum iudicabit, aut ultimam pronunciabit sententiam.

CLIX. Quandoquidem ne in humano quidem iudicio iudex sine accurata
legitimaq; rerum iudicandarum cognitione: & omniscientia recte sententiam
pronunciabit.

CLX. Quia verè hoc Christi iudicium secundum veritatem futurum est,
cui præsidebit filius hominis: *Quis Christum secundum humanitatem cogitatio-
num humanarum conscientiam esse negabit?*

CLXI. Quam naturam Christi humanam nunc in statu maiestatis scire o-
mnia dubium non est, quantumuis tempore exinanitionis verè & non simulare
multa (sicut recte scribit Lutherus) ignoraret, Luca 2. Marci 3.

CLXII. Agnoëtarum vero errorum approbare nec possumus nec debemus,
qui cùm docerent verbum quidem patris scire omnia, humanitatem eidem secun-
dum hypostasin unitam, etiam in statu gloria multarum rerum ignaram effo, ob
hoc ipsum dogma, referente Nicephoro lib. 18. c. 50. Agnoëta dicti inter hereticos
veluti sunt.

Nota fratre + CLXIII. Quantorectius Damascenus lib. 3. c. 19. scribit. Mens communicat
dem in ci- diunitati operanti, omnia intelligens cognoscens & administrans, non ut nudus
tando. In hominis mens existens.
Dama-
sceno est distinctionis virgula, post Omnia, non post operantis.

AD ANALYSIN CAP. XVII.

Q V O D H U M A N I T A S
C H R I S T I S I T O M N I S C I A E T

scrutetur corda, &c.

ISAGOGE.

CLVI.

B A T E R omne iudicium dedit filio, ut honorificent 214.
filium, quemadmodum honorat patrem, At Christus,
quâ homo est non est honorandus ut pater. Quâ-
re non ob maiestatem, quâ humanitas Christi sit
etiam omnipotens realiter actu secundo, pater dedit Chri-
sto autoritatem iudicium etiam exercendi, quâ filius homi-
nis est. Et quidem Christus Pharisæos vili eius specie offen-
sos, ut eum tantum hominem ψιλὸν & priuatum esse duce-
rent, non tantum de humana, sed etiam de diuina natura do-
cere voluit, cum officij secundum vtramque naturam sibi
competentis seruatis naturarum Idiomatis, mentionem fe-
cit. Nam Psal. 96. ad id iudicium venire I E H O V A M testatur,
& Esa. c. 33. Dominus iudex noster, Dominus legifer, Domi-
nus rex noster, ipse veniet & saluabit nos.

CLVII. Neque necesse est Christum & quâ homo est 215.
videre abditos sinus, & latebras humanorum cordium, e-
tiam si iudicem talem omniscium esse oporteat. Cum idem
omnisciens sit & οντογνώσης quâ Deus est. Ut ad Thesin 29.
annotatum est. Nam Deus nouit corda Ioh. 16. Quod cum
non nesciat aduersarius, saltem ne relinquere cogatur suam
maiestatem commentitiam, frigidis coniecturis, quæ sunt
pauperis gregis enumeratio, quam perspicuo & plano Dei
verbo, plus tribuit, & seduci, quam duci mauult.

CLVIII. Etsi enim natura humana non cernat per se intimos motus cordium; tamen cum non arundo fuerit anima Christi, cum vidi cogitationes scribarum spiritu Matci 2. & cum vidi Nathanaelem absens sub ficu, qui eum filium Dei & regem Israelis inde agnoscebat, neque tanquam per arundinem feret sententiam, & cogitationes abstrusas animorum iudicabit, ignarus rerum, licet non fingatur carne quoque esse omniscius & scrutari corda. Quare non magis licet aduersario habere animam Christi pro arundine, etiamsi ea non sit omniscia quam licebat Apollinaristis, ut Nazianzenus ait tribuere Christo animam bouis.

216. CLIX. Opus nihil est vesci glandibus, reperto frumento. Nam scriptura satis docet, quid hactenus sentiendum nobis sit de carne Christi, ut non decurrente sit ad mundanos iudices & ab illis nescio quid subsidij petendum. Sed erga & inops causa ita postulauit, nec tamen magis valet & abundant. Verum autem est, accuratam & plenam rerum iudicandarum noticiam requiri in omni iusto iudicio & iudice,

217. CLX. Sed cum Christus omnia norit de diuinitate (vt cum Apostolis non consultus consulit, illi pronunciant; nunc scimus quod omnia tibi nota sint, & a Deo exieris) & quae vult ac evidentur pertinere ad officium suum, reuelet nature humanae, quid attinet fingere, quod oporteat aliter quam verbum Dei docet eius humanitatem esse rerum conscientiam cum nihilominus hominum cogitationes dicta & facta sit in die irae & latenciae scitura quae Deo videbuntur. Quae sacris literis ita tradi, & iustutae acquiesci posse; vel non considerat aduersarius oscitans; vel non agnoscit & fatetur malignus, vt & illud quod licet Christus carne nosset ex revelatione diuina, omnes hominum cogitationes dicta ex facta; tamen carne nondum esset omniscius. Videant igitur homines temeratij & cupiditatum suarum cæno temulenti, quid tunc temporis responsuri sint Christo vero Deo & homini. quod opiniones yetbo ipsius contrarias gignere & propagare no[n] es diel-

*Fide Epiphanius
p. 502. de
Apollinaristiis.*

Eis diesque sudant & eam ad rem omnem sophisticae armaturam expediunt, si modò iudicem illum esse, & paulò post illud nouissimum iudicium fore credunt.

CLXI. *Scire animam Christi omnia, quæ Deus in seipso co.* 219.

gnoscit, Thomas p. i. q. 10. dicit, per scientiam VISIONIS, non
tamen omnia quæ Deus scit in seipso cognoscere per scientiam sim-
plicis intelligentia; & ita plura Deum scire in seipso, quam animam
Christi. Et scientiam Dei excedere in infinitum, quantum ad clari-
tatem cognitionis, scienti anima Christi. Quod lumen in creatu dì-
nini intellectus in infinitu excedat lumē quodcunq; receptum in a-
nima Christi. Item, Quia filius hominis constitutus est index, ani-
mam Christi in VERBO cognoscere omnia existentia (nam qua-
sunt in sola potentia diuina & nunquam ad actum reducuntur, ea
non cognoscere animam IN VERBO omnia, quæ Deus potest face-
re, quod est comprehendere diuinam virtutem & per consequens
essentiam diuinam) scilicet quodcunque tempus & hominum etiā
to gitatus, quorum est iudex. Hæc Thomas, Quæ cum scriptura
non pugnare videntur, ideoq; haud dubie spernenda non
sunt. Contrà aduersarius, qui tuebitur animam Christi om-
niam scire, sine villa restrictione? Nemo nouit patrem nisi filius
& nemo nouit filium nisi pater. An & humanitas nouit patrem
vt filius? Status autem maiestatis, quem vocat, qua huma-
nitas sit omniscia & cognitrix cordium, omnipotens, om-
nipræsens actu secundo ἐνεργητικῶς, friuolum commentum
est, diuinæ naturæ suam gloriam rapiens & humanæ falsam
tribuens, propter hoc figmētum, quis Christum quā homo
est, scire quicquam verè dicit? Cuius inanitatem ostendit &
hoc, quod aduersarius naturæ humanæ multa verè ignota
fuisse in statu exinanitionis fatetur. Ergo nunquam ἐντικῶς,
id est, actu primo, qui fundamentum ab ipso ponitur actus
secundi, fuit omniscia. Nam quæ quis actu primo scit, verè
ignorare non potest, vt aduersarius non verè ignorat se ubi-
quitatem nature humanae, quibus potest præstigijs tueri, e-
tiamq; vt edat specimen, quod sit quoq; Poëta, animum in-
tendat

Plura di-
ximus hæc
de re, in
respon. ad
The, 87, 89.

90. 1

tendat in componendam comœdiā de Iosepho, vel alijud
aliquid cogitet aut fortè dormitat noctu vel interdiu. Qua-
mobrem Lutherus explicans Euangeli. Lucę 2. Dominica 2
natali proxima, illud dogma hoc egregio præconio ornat,
ut COMMENTVM dicat. Et sic audacissimè & impudentissi-
mè Lutheri etiam autoritatem, a quo repudiatur, trahit &
violat.

220. CLXII. Agnoetę, ut ex Gregorij Epist. 42. lib. 8. colli-
gere licet, allegabant dictum; Horam extremi iudicij, nefi-
lius quidem scit, Item illud, Quod Christus quasi ignorans,
vbi Lazarus sepultus esset, de loco, vbi positus esset, que-
bat. Atque inde colligebant, Christum neque secundum
Deitatem omnia sciuisse, Sic se, vel cum Arianis Deitatem
Christi negare, aut cum Nestorio naturas eiusdem diuidere
ostendebant. Consentit Isidorus 8. Etymologicw, & Decre-
torum 2. parte, causa 24. q. 3. legitur, Gnoit as dictos ab ignoran-
tia, quia ad peruersitatem aqua orti sunt, id adiiciunt, quod Chri-
sti diuinitas ignoret futura, quę sint scripta de die & hora no-
uissima, nō recordātes Christi personā in Esa. c. 30. loquen-
tis; Dies iudicij in corde meo. Nicephorus lib. 18. c. 53. Agno-
etas inter Monophysitas numerat, lib. 15. c. 50. impiè & imperiti-
ab ijs dictum esse refert, Christum patrem minorem esse & alterius na-
turæ patrem & alterius filium esse, & ideo inter Arianos ponit. Re-
citat autem duntaxat, non vituperat, quod dixerunt Deum
Verbum omnia scire, humanitatem verò multa ignorare. Quomo-
do illa Nicephori consentiant, in medio relinquo, quem
sunt, qui futilem autorem habent, acerrimi iudicij viri. Vi-
derit autem ne sit pessimus Agnoëta, qui si Deum solum es-
se omnipotentem & omnipresentem & OMNISCIVM atq;
xugdiovw̄n̄ crederet, vt semel fassus est iuxta scripturam,
humanitatem Christi realiter esse omnisciam non finge-
ret, ac Deo & sibi ipsi putidis execrabilium cauillorum tri-
cis contradiceret.

221. CLXIII. Neque idem in Damasceni verbis, quibus
mens

mens nudi hominis & Christi discernitur, loco nō ueret hy-
podistolen. Nam hæc in illo autore extat post vocabulum
omnia. Adhæc illustriorem ipsius locum (in quo discrimē
inter animam Christi & aliorum hominum hac in parte ex-
ponit l.2.c.22.) non prætermitteret, hunc videlicet, Domini
anima et si secundum se natura erat ignorantis, attamen secundum
hypostasin unita verbo Dei, omnium cognitionem habuit, non ex
gratia, seu PARTICIPATIVE (sicut nuper Basilius dicebat pe-
tad omnes) sed propter hypostaticam unionem. Et tamen quia na-
tura differunt in Christo, DIFFERUNT ETIAM NATURA-
LES SCIENTIAE ET VOLVNTATES diuinitatis & huma-
nitatis. Theodosius quidam docuit vnam eandemque esse
vnus Dominus nostri Iesu Christi & Deo dignam sapientiam
scientiamque & cogitationem omnium, secundum eius di-
uinitatem & humanitatem, sed is cum Macario propter si-
miles errorum hæretici cognomentum deportauit, ut
est in actis synodi Constantinopolitanæ sextæ.

CLXIII. THESIS.

Diligenter quoque scriptura inter Christi & aliorum sanctorum in cæ-
los ascensum discreuit, dum ipsum ὑπεράνω longè supra omnes cælos enectum tra-
dit, ut ad omnipresentem dextram, quæ quibusq; altissimis locis sublimior est, con-
sidendo impleret omnia.

CLXIV. Vnde & cælis omnibus sublimior factus scribitur: Hebr.7.

CLXV. Id quod de Elie & aliorum sanctorum in cælos ascensi nunquam
sine impietate pronunciari potest.

CLXVI. Hæc Dei dextra non certus quispiam in cælo locus est, sed ipsa Dei
virtus omnipotens, quæ nullo loco vel includitur vel excluditur, quia ubique pre-
sens est.

CLXVII. Sicut scriptum est: Psal.139. Si sumero pennas diluculo & man-
sero in extremis maris, ecce illuc manus tua deducet me & apprehendet me
dextram tua.

CLXIX. Quibus verbis Propheta regius sic Dei dextram ubique presentem

AD ANALYSIN CAP. XVII.

tanit: ut si vel ad ultimos usque maris terminos se proripiatur, presentiam eius effun gere nequeat.

CLXX. In dextra Dei adeo non est locus quispiam cœlo inclusus, ut domino ipso attestante caelos omnes in creatione sit mensa. Manus mea terram fundauit, & dextra mea mensa est caelos.

CLXXI. Sicut præclarissima qua uis opera Dei, & victoria in terris ab hostiis reportata dextra Domini ascribuntur, Exodi 15. Psal. 18. 17. 118. Qua de causa maiestas & virtus Dei in scriptura dicitur Luca 22. Hebr. 1. & 8.

CLXXII. Quando autem Apostoli Christum ad dextram in coelstibus suis excelsis collocatum referunt, non hoc volunt, quod dextra Dei circumscriptus in cœlo sit locus.

CLXXIII. Sicut nec Deus ipse loco cuius in cœlo includetur, quando in cœlis habitare, itē in cœlis esse, & de cœlo proficere super filios hominū predicatorum.

CLXXIV. Quomodo enim cœlo includeretur is quæ cœli caelorum capere non possunt; qui cœlum & terram implet; & qui non longè abest ab uno quoq; nostrum, In ipso enim viuimus, mouemur & sumus.

CLXXV. Altitudinem igitur illam, & Dei ipsius & dextra Dei, spiritus Sanctus in verbo non loci sublimitate, sed gloriæ vere cœlestis (quam nihil altius cogitari potest) inenarrabiliter situdine definituit.

CLXXVI. Ad hanc totam dextram (qua non partem extra partem habet) Christus iuxta humanitatem ita arcte collocatus est, ut ad eam arctius, propius, sublimius, presentius collocari non possit.

CLXXVII. Vnde Marcus scribit, quod posteaquam a dextris Dei confederatus Dominus cooperatus sit Apostolis, sermonem eorum confirmans per signa subsequentia.

CLXXVIII. Quæ signa & prodigia ministerio quidem Apostolorum, virtute autem regnantis, & ad dextram exaltati Christi sunt edita.

CLXXIX. Sicut in actis Apostoli miraculorum virtutem omnem Iesu Nazarenus transcribunt dicentes: In nomine Iesu Nazareni tibi dico surge.

CLXXX. Hac maiestate, humana Christi natura non redditur infinita, sed finita manens ad omnipresentem dextram Dei collocatur.

CLXXXI. Sicut & assumpta est a λόγῳ in infinitam eius personam, ita ut λόγος nusquam sit ubi non finitam & ratione essentia circumscriptam mantinet humanitatem inenarrabiliter sibi unitam, intra suum intimum quasi complexum sue totius ac infinitæ hypostaseos, supra & extra omnem localitatem omnem sibi presentem habeat.

AD ANALYSIN

AD ANALYSIN CAP. XVIII.

Q V O D H V M A N I T A S
C H R I S T I S I T O M N I P R A E S E N S ,
propter articulos fidei, de ascensione ipsius in cœlum & sessione ad
dextram Dei, & quod hac omnipräsenzia non fiat vel sta-
tuatur infinita, sed tantum ad dextram
Dei colloetur,

ISAGOGE.

CLXIV.

IFFERENTIAM interascensionem Chri²²²sti & aliorum sanctorum in cœlos esse sentit, maiestatem, qua sit humanitas Christi in primis omnipresens ἐνεργητικῶς, Tum omniscia, omnipotens. Sed ut diximus, distinctio illa iuxta ἔξιν καὶ ἑπτάντιum tantum est rerum creatarum, quam violenter huc detorquet, ut aliqua specie veri articulos incarnationis & sessionis ad dextram non confundere incautis videatur. Quia verò, ubi assuerat, solum Deum esse omnipotentem, omniscium, omnipresentem, falsum esse docet, quod humanitas Christi etiā sit realiter omnipotēs, omniscia, omnipresens; & illa similitudine maiestas, distinctio inter tātas res esse nequit, abutitur nomine diuino, & Deum mendacem facit, quātūm in ipso est intelligens, quod scriptura diligēter distinguat illis praestigijs, quibus ipse tres articulos fidei perturbat & quantum potest, fallaciter delet. Etenim si natura humana Christi fuit realiter omnipresens in punto conceptionis, quis non videt nullam ascensionem in cœlos esse consecutam? Quādo autem Apostolus dicit, Christum euctum esse & ascenisse ὑπεράνω πάντων τῶν ἀπόστων, super omnes cœlos, compa-

rati totum cœlum ad terram, & deinde cœlos ad cœlos, vt
 2.Cor 12.dicitur, quidam Apostolo notus in Christo raptus
 in tertium cœlum. Ergo illud ascendit super omnes cœlos,
 loci mutationem significat, qua Christus, vt carne crucifi-
 xus est, ita carne terras reliquit & cœlum tenere cepit, quâ
 etiam subter terram fuit. Exclusus igitur est actus secundus,
 quo realiter vel realissime sit omnipræsens caro Christi, vna
 cum primo. Neque enim velante vel post resurrectionem,
 Christi carnem simul & semel in duobus saltem locis, nedū
 vbiq[ue] fuisse, Euangelia docent. Quamobrem τὸ ὑπεράνω, ni
 hil subleuat inopem & deploratam causam. Nihilominus
 enim, quæ sunt ἄνω, VBI C H R I S T V S est ad dextram Dei, Ep.
 ad Col. 2. querere iubet: Nihil homini prodest, quod negli-
 git Apostolicam exegesin verborum VT IMPLET OM-
 NI A, de exaltatione in regno & sacerdotio & conseruatione
 ministerij ac Ecclesiæ & eiusdem gubernatione & defensio-
 ne, &c. Quæ exegesis propter notationē aleatoriae & vetera-
 toriae ad insidiosè fallendum versutia, vt ipsi inuisa sit, tamē
 nihilominus eum arguit, quamuis Apostoli explicacione
 omissa, de suo interponat, AD OMNIPRAESENTEM
 DEXTRAM, QVAE QVIBVSQVE LOCIS ALTISSIMIS
 SVBLIMIOR EST. Nam non propterea humanitas Christi
 est realiter actu primo vel secundo Deus. Facebat igitur hinc
 deliramentum ex graueolentibus & pestilentibus cister-
 nis Eurycheis haustū, quod ad eo non discernit ascensionem
 Christi & aliorum sanctorum, vt vitramque delect & tollat,
 quantum potest.

CLXV. Addit verbis Epistolæ ad Hebræos, sublimior
 cœlis factus, vniuersalem particulam OMNIVS & alioqui
 eius autoritatem sibi non prodesse declarat. Sed eo, quod
 addit: ipsi autoritatem adimit. Quamobrem iuxta interpre-
 tationem Paulinam illa rectius haud dubie intelligimus.

CLXVI. Siquidem impietatem esse pronunciat, pu-
 tare Eliam vel alios sanctos ob ascensionem in cœlum esse o-
 mni-

mnipræsentes, (nam cœlum & terram ego impleo dicit Iehoua Ierem. 27.) nō profectò est pietas arbitrii humanitatem Christi quoq; esse omnipræsentem, propter figmentū, quod omnipræsentia sit discriminē ascēsionis Christi & aliorum sanctorum. Etsi enim homo Christus est Deus, & omnipræsens essentialiter, tamen humanitas Christi tam non est Deus realiter, quām Elias non est realiter Deus.

223.

CLXVII. Digreditur in locum communem de laudibus dextræ Dei, & aliud agens institutum negligit. Etenim humanitatem Christi realiter saltem, nedum realissimè Deum esse vel dextram Dei non affirmat, tantum abest, vt probet.

CLXVIII. CLXIX. CLXX. CLXXI. Nihil 225. 226. tam magnificè de dextra Dei in scriptura dici potest, quin id longè verissimum sit, siue a nominibus, siue beneficijs plurimi & maximis celebretur; Sed si, vt commemorat & recitat illa præconia, ita firmiter ijs a sentiretur, omnes impios sermones vitaret, & metueret poenam. Quod dum non facit, ne sentit quidem quicquam esse vel dextram Dei, vel ipsum Deum.

CLXXII. Confundit generalem Dei præsentiam, de 227. qua Psalmi agunt, cum collocatione Christi ad dextrā patris, que est exaltatio in regno & sacerdotio iuxta vtramque naturam, de qua loquuntur Apostoli, vt infrā ad Thes. 215. pluribus annotatum est. Argutatur, quod dextra Dei non sit circumscriptus in cœlo locus, Illam vero Teratologiam, quod dextra Dei sit circumscriptus in cœlo locus, vñsana cauillandi & calumniandi libido hominibus male feriatis dictauit, ad conflandam veritati inuidiam. Ex cuius reprehensione, si gloriosam opinionem aucupantur, ijdem magnoperè se falli, nisi iam sentiunt, aliquando experientur. Ignatius autem cœlum sedem dextræ Dei dicit, quod e symbole & Oratione Dominica sumit. Ibi enim gloria & præsentia Dei angelis & hominibus pijs est conspectior, à qui-

bus perfectissima obedientia Deus celebratur. Propterea ve
rò dextra Dei tam non est vel dicitur verè circumscriptus in
cœlo locus, quam regnum Christi non est tempus, etiam si
Petrus dicat, Oportet Christum versari in cœlo quasi domi-
cilio & receptaculo (quod Oecumenius ὑπὸ οὖτον δικείως dixit) ut
que ad tempus restitutionis omnium. Sed & hoc nihil con-
ducit proposito aduersarij, etiam si dextra Dei non sit cir-
cumscriptus in cœlo locus.

*Theol. 206.
207. C. C.*

228. 229 CLXXXIII. CLXXXIII. Ut & illud: Quod Deus
non includitur loco cuidam in cœlis. Nam ex neutro infer-
re audet, quod humanitas sit realiter Deus vel dextra Dei.
Sed paulò post axioma perulgatum: *sicutum infiniti non est*
capax: Aristotelis nomine vituperat, & schola spiritus San-
cti explodit, & nunc eodem vtitur, dum Deum cœlo & cœ-
lis cœlorum capi posse negat. *Deus autem ubiq[ue] est, & extra omnia*
totus & in aliis habitare; in cœlis esse, & cœlitus prospicere di-
citur. Quoniam in illis regionibus maiestas ipsius plenissi-
mè refulget, *Inde missus est filius Dei & spiritus Sanctus, inde da-*
tur lux, vita, motus, eò ascendere Christus inde ipsum expectamus,
ad illud municipium nostrū aspiramus, inde reuelatur ira Dei ad-
uersus omnem impietatem & iniuriam hominum, qui veritate
iniuste detinent, & sycophantice deprauant.

230. 231. CLXXV. CLXXVI. Quare, cum pro maiestate,
qua realiter auctu secundo humanitas Christi sit omnipotēs,
omniscia, omnipræsens, partim aliena, partim chimæram
inanum vocabulorum obijciat, vt aliquid pro suo delira-
mento dixisse videatur, cum nihil dicat omnibus præsi-
dijs, quibus verè illud tueatur, se destitutum esse non obscu-
rè concedit. Frustra igitur ne & rudioribus dolus suboleat,
alijs atque alijs verborū prodigijs variat fraudem. Qualis e-
nim quæso oratio est illa, si explicetur, Christum ad totam
dextram Dei, respectu carnis etiam arctissimè, proximè, al-
tissimè, præsentissimè collocatum esse, si, inquam, iuxta ad-
uersarij mentem explicetur, Christum telpedū carnis etiā
esse

esse realiter omniscium, omnipotētem & omnipræsentem
actu secundo. Huius orationis, quæ ipsius mens est, ipsum
pudet, adeò vera est maiestas, pro qua dimicat. Imò cum de-
xtra Dei tota sit in toto vniuerso, tota in cœlo, tota in mini-
ma quaque re, corpus Christi nihilominus ad totam dextrā
Dei est, etiam si in cœlo tantum sit, & non vbiique esse
singatur.

CLXXVII. Fruolè ergo mutat & seriem verborum
Marci vltimo. Nam Apostolos (textus dicit) egressos vbiq;
prædicasse. Si inde non efficitur Apostolos fuisse omnipræ-
sentes (quod ne quidem aduersarius, vt opinor, negat) pro
maiestate qua sit omnipræsens humanitas Christi, quid lo-
quitur Marcus? Sed Dominus, id est Iehoua, vnà cum patre
& spiritu Sancto, regnans & præsens, ipse Dei filius Christus
Iesus, monstrauit per vocem Euangeliū patris & flexit corda
dans spiritum Sanctum & miraculis, quæ solius diuinæ na-
turæ sunt, autoritatem Apostolis circumdedit & eorum cō-
ciones commendauit. Dat enim diávοιαν, vt Deum cogno-
scamus. i. Ioh. 5.

CLXXVIII. At verum est, virtute regnantis & in re. 233.
gno & sacerdotio exaltati Christi miracula Apostolorum
esse edita. Etsi autem Apostolorum & Christi actiones sepa-
ratæ sunt, tamen non cò, quòd diuinæ & humanæ actiones
Christi nitentes ad vnum opus Dei virile, separatæ non sunt,
cædem confusæ sunt. Aut officium mediatoris vni tantum
naturæ competit, & sic in eo quod est vnum & singulare sa-
lutis nostræ frustrabitur Sacramentum, vt Vigilius inquit.
Itaque signa & prodigia, quibus Christus in regno & sacer-
dotio exaltatus, constituit & illustrauit Euangeliū, sunt
opera cōmunia patri, filio, & spiritui Sancto. Ioh. 5. *Vt pater*
resuscitat mortuos, ita & filius. Et 1. Cor. 12. miraculorum effe-
ctio spiritui Sancto ascribitur, vbi appellantur ἐνεγκύωτα.

CLXXIX. Petunt quidem miracula Apostoli a Iesu
Nazareno & eidem illa accepta ferunt, Sed nondum expla-
nauit

AD ANALYSIN. CAP. XVIII.

nauit aduersarius, quod quicquid Iesu Nazareno tribuitur, id protinus naturæ ipsius humanæ conueniat. Nā Iesus Nazarenus Deus est. Humanitas ipsius non est Deus. Quare ut eadem non est omnipotens, ita non est separata a verbo persona, ad quam illud Act. 4. Nestorianus apud Maxentium detorquet. Nam *perfectus est Christus*, vt Anastasius Antiochenus scribit, *ut in diuinitate, sic quoque in humanitate, nobis consubstantialis, perfectus preditus, ut diuinis ita nostris quoq; id*

Videatur est, humanis proprietatibus. Et una est DIVINA ENERGIA, mi-
respons. ad raculorum prodigiorumq; effectrix, præsertim, que ABSQVE SA-
The. 90.

CROSANCTAE ILLIVS carnis contactu ab ipso fuerunt edita:
suius modi sanè fuit: FILIA illius Cananeæ, qua ad ipsum NON
VENIT, nec non FILII illius Centurionis sanatio, tabernaculi dis-
ruptio, solis defectus, petrarum diffusio, sepulchrorum hiatus, mor-
tuorū resurrectio, qua quidem omnia SACRO SANCTO CHRI-
STI CORPORE mortuo in cruce pendente, nec quicquam horum
ATTINGENTE, sola DEI VERBI energia operata est. Hxc
Anastasius Antiochenus.

CLXXX. Nequit diluere, quòd suo figmento, quantū in se est, reddat humanitatem Christi infinitam. Ideo cauillatur eam sic collocari ad dextram Dei. Quod multò alienius a vero est, quām vitulos aureos collocatos in Bethel & DAN fuisse arcām foederis cum propiciatoriō & duobus Cherubim. Athanasius reuiuiscens & audiens tam speciosis titulis & egregijs elogijs tērribimas blasphemias prætexi, quin repeteret suam exclamationem; *Vnde hæc prodierant?* *Quis infernus ista euomuit?* Nam sic homines impij cum Turcis Christum Throno suo deturbant, & tamense eum cuncte ad dextram Dei iactitant.

CLXXXI. Iure suo videtur sibi obtendisse suo figmento articulu n̄ sessionis ad dextram, quoniam & articulum incarnationis ad illud se rapuisse quasi gloriatur. Hæc pertulans impietas, quibus præmijs digna sit, omnes, qui Deum seriō timent & colunt, intelligunt me tacete. Est ne fas corrumpere

rumpere articulum de sessione Christi ad dextram patris, ei, qui articulum de incarnatione filij Dei deprauare non dubitat? An moechus impunè ferēs adulterium, propterea ius habet trucidandi innocentes? Verū διδασκάλη τῆς τῶν Φύσεων διαρροής ἀνηγορεύεντος διὰ τοῦ ἐνώπιου, id est, nequaquam sublata differentia naturarum propter unionem (ut habet decretum Chalcedonense apud Zonaram & Euagrium) Quomodo verè affirmare potest? Carnem sic assumtam esse a filio Dei, vt & finita seu localis & infinita seu omnipræsens eadem sit, vel, ut hoc ipsum tegendę fraudis gratia, more suo, ambitio-
se orationis fumo & fuligine obscurat: Quòd λόγος huma-
nam naturam supra & extra omnē localitatem sibi præsen-
tem habeat? An filius hominis loquēs cum Nicodemo. Ioh.
etiam in cœlo & extra cœlum & rerum naturam & omnē
localitatem sua carne est & sibi præsentem naturam huma-
nam habet? Nunquid Angelus confirmans pastoribus. Inue-
tietis infantem in præsēpi fasciolis amictum, ait ē H O C E R I T
V O B I S I N S I G N V M, non est opus, vt ad oppidum Beth-
lehēm percurratis, I E H O V A seu λόγος, assūmis naturam
humanam vt habeat eam supra & extra omnem localitatē
præsentem, & hac vobis adest hīc etiam inter greges.

Videat nr
respons. ad
The. 135.

CLXXXII. THESES.

Duplex porro Christi secundum humanitatem præsentia diligenter
aduertenda est: Quarum alteram caro Christi ex proprietate sue essentia habet,
alteram aliunde nempe ex unione personali accepit.

CLXXXIII. Proprietate essentiæ cum finitum sit & maneat corpus Christi: Ideo hac ratione nunquam est, nunquam fuit, nunquam erit ubique.

CLXXXIV. Quin potius verè uno tantū loco natum, passum, uno loco se-
pultum & de loco in locum in terris verè progressum, & iuxta proprietatem essen-
tiae a nobis verissimè in cœlos sublatum est: Et veniet iterum corpore suo verè fi-
nito in nubibus ab uniuersa carne conspiciendus.

CLXXXV. Ut igitur quæ sit nostrarum Ecclesiarum hac de re sententia,

AD ANALYSIN CAP. XVIII.

probè omnes intelligent, Vbiuitatem localem, qua corpus Christi de uno loco in alterum diffusum & proprietate essentia infinitum factum singitur, nos in infernum usque damnare omnes nouerint.

CLXXXVI. Quam qui oppugnant, sciant se non contra nos, sed contra proprium suum figuratum pugnare.

CLXXXVII. Deinde vero hoc ipsum Christi corpus longè, longè in quantum sublimiorem presentiam ex visione personali est sortitum.

CLXXXVIII. Nisi enim ipsius carnis mysterium negare volueris, hoc sane haud inuitus concedes: Naturam Christi humanam non minus verè & realiter immo mulè sublimius ac verius in hypostasi verbi subsistere, quam vel in loco terre non fuit exinanitionis tempore, vel nunc in celo est.

CLXXXIX. In loco enim fuit localiter & terreno suo physico modo, sicut nūc naturaliter in celo est: iuxta veri corpori modum, ut Augustinus loquitur.

CXC. In persona autem filij Dei est eadem illa Christi humanitas non certe localiter & naturaliter, quia neque in persona filij Dei locus ullus est, neque via ipsa locali, vel quoconque terreno huius seculi modo facta est.

CXCI. Que cum certa sint & indubitate sane, qui absque praetudicio solius veritatis studio pie hac expendit, liquido animaduertet, contraria non esse quando dicimus, humanitatem Christi uno tantum loco circumscribam esse posse, & tamen eandem humanitatem, alio modo, nempe non localiter sed personaliter infinita hypostasi λόγῳ subsistere & ab ea nunquam & nusquam separari.

CXCII. Et sicut unio ita describenda est, ne natura humanae veritatis conuellatur, quod fieret, si proprietate essentia infinita statueretur: sic viscissim proprietas naturae ita afferenda est, ne propter eam unio personalis soluat, quod omnino fieret, si finita natura humana in infinita hypostasi filij Dei subsistere negaretur.

CXCIII. Etenim cum λόγῳ non ex parte sed totus sit incarnatus, cuius hypostasis in partes non est diuidenda: Ad hoc autem incarnationis arcum plenissima naturarum ad se inuicem requiratur presentia, ita ut λόγῳ naturam assumtam non eo, qui reliquias creaturarum modo, sed personaliter (qui summus praesentia gradus est) ac proinde intra ipsam hypostasin suam sibi ineffabiliter unitam habeat, sequitur necessario hanc personam verbi ab assumpta carne nullis omnino locorum interuallis, sive in celo sive in terra separari diuelli posse.

CXCIV. Quia enim unio, a qua dependet ista omnipotentia maiestas, localiter non est, sed personalis, qua humana natura non in locum aliquem, sed in purissimum hypostasin τῷ λόγῳ, qua suprà & extra omnem locum est exaltata creditur, absurdisimum profectò fuerit natura in Christo unitas locorum spacijs ab inuicem distinmere velle.

CXCV. Ex

CXCV. Ex quibus hoc quoque sequitur: Quod ad omnipresentiam personam illam Christo non opus est, ut humana eius natura de uno loco in alterum hinc inde quasi per rives moueat. Multo autem minus, ut secundum locorum diaphana in infinitum extendatur, qua diffusione nihil monstrosius cogitari potest.

CXCVI. Sed quemadmodum ab aliis creaturæ omnes non eo modo, quo nobis aliquid (nempe iuxta locorum distantias) vel præsens est vel absens, sed extra omnem localitatem sibi omnes præsentissimas habet: Ita humanitatem in unitate sua persone assumit, ideoq; assumta hac natura in ea ipsa persona filij Dei, si in talibus interuallis, qualia in mundo sunt, sibi præsentissimas habet omnes creature. Et hoc modo ipsa quoque est præsentissima.

CXCVII. De qua præsentia omnes de loco cogitationes excutienda sunt & mens ad solam personam filij Dei, nullo loco vel inclusam vel exclusam, in qua persona Christi humana natura subsistat, attollenda est.

AD ANALYSIN CAP. XIX.

QVOD SIT DUPLEX CHRL
STI SECUNDVM HUMANITATEM
præsentia, nec tamen caro Christi, licet putetur esse omni-
præsens, extendatur & diffundatur ex uno
loco in alium,

ISA GO GE.

CLXXXII.

 IN GIT carnem Christi realiter esse omni-
præsentem, & hanc vocat præsentiam carnis a-
liunde sc. ex vniione. Et largitur eandem carnem
esse in loco circumscripsiæ seu veri corporis
modo, & sic duplē carnis præsentiam esse dicit. Sed vt
Vigilius lib. 4. c. 4. inquit, secundum Eutychianos cafo cum
verbo est ubique. Ergo cum vniione hypostatica carnis cum
filio Dei non sit sublata differentia naturarum, non aliter

Christus carne præsens est, ubiqueunque carne est, quām carnī proprietate essentiæ id cōuenit, & sic nō duplex sed simplex est carnis præsentia. Itaque Cyril. l. 2. c. 49. in Ioh. dicit, quæ soli verbo Dei conueniunt filio virginis accommodari. ut Ioh. 3. Filius hominis descendit de cælo; Sicut passionis tempore, ipse filius Dei, tanquam ipse patiens, quæ humanitati suæ solummodo congrua sunt; timuisse scribitur.

CL XXXIII. CL XXXIII. Quare quod aduersarius pro sua liberalitate dat, accipimus, proprietate essentiæ finitum esse & manere corpus Christi, verè esse vno tantum loco natum, passum, vno loco sepultum, de loco in locum in terris verè progressum, in cœlos verissimè sublatum, venturum in nubibus, ut ab omni carne conspiciatur, Christū: Sed æquè verum est, quòd ista & alia Idiomata, quæ carnī proprietate essentiæ competere fatetur, vnicè eidem in vniione personæ, & nulla diuina realiter conueniant, quod cum non sentiat, articulum de fessione ad dextram, quem præcateris ut pestem suam Diabolus cum suis organis odit, nunc omittit, quasi ea fraudere rectè corrumpi possit. Quam obrem caro Christi non tantum ratione suæ essentiæ, sed etiam in vniione personali (non enim est alia caro Christi, quām quæ vñita est diuinæ naturæ, non tantum inseparabiliter sed etiam hypostaticè & inconfusè) nau quam est, nunquam fuit, nunquam erit realiter ubique; ut Tertullianus ad Præxeam scripsit: Videmus duplēm statum non confusum, sed coniunctum in una persona Deum & hominem, & adiò salua est utriusq; proprietas substantie, ut, & SPIRITVS res suas egert in illo, id est, virtutes, opera & signa, & CARO passiones suas functa sit. Hæc congruunt ad dicta scripturæ superius commorata, ut & hoc præclarum BONAVENTVRÆ: Omnipresentiam, ut alias proprietates Dei essentiales nulli prorsus creature ac ne ipsi quidem humana Christinatura in unitate personæ realiter communicari.

CL XXXV. CL XXXVI. CL XXXVII. Ergo
quisce

quis mel fassus est, solum Deum esse omnipresentem, & neque essentia proprieate, neque in unitate personæ, corpus Christi realiter ubique seu omnipræsens esse, illis ipsis verbis, dedit: quid autem se traditurum suum deliramentum, ut probè intelligatur? cum falsa sint *ἀνατάληπτα*, hoc est, certò comprehendendi non possint, & is ipse, qui ea propugnat, nihil de ijs ipsis norit, nisi quod a veritate abhorreant & discent. Nam siue velit corpus Christi esse infinitum extensionis modo, ut per omnes scripturas & loca, quemadmodū lux & aer, extendatur, velut Aquinas loquitur, quam aduersarius ubiquitatem localem vocat, & repudiat, siue distinctionem suis membris & singulis membris sua spacia tenentibus, ut sic plura corpora, pluresque Christos constituat, siue idem a λόγῳ absorptum esse cum Eutychē deliret, quem nusquam damnat. Denique quandocunque realiter corpus Christi omnipræsens esse opinetur, se oppugnari non ab omnibus, sed verbo & spiritu Dei sciatis.

*Videatur
respon. ad
The. 197.*

CLXXXVIII. Nulla est talis incarnationis λόγος seu filij Dei, qualem fingit aduersarius, & quam negates negare criminalitur mysterium incarnationis, quod minoris ipse facit, quam canis sanctum & sus margaritas. Nam sophistica, quasi probabili argumentatione interrogando concludere continetur, ubi prolatio verbo Dei opus erat. Etsi enim præstatius quiddam est unio personalis, qua filius Dei assumuit humanam naturam, ipsa localitate vel modo, quo caro in unitate personæ, vel in terris locum occupabat, vel nunc in coelo est: tamen cum utrumque verum sit, neutrum altero verius est. Quia vero idem filius Dei non ita uniuersit sibi carnem hypostaticè, ut eadem esset realiter omnipræsens actu primo propter unionem personalem, & occultaret eam omnipræsentiam in statu exinanitionis quem fingit aduersarius, multò verius est Christum carne fuisse in loco terreno & nunc esse in coelo, quam quod verius & sublimius subsistat, in verbo eadem caro maiestate, qua sit omnipræsens

realiter actu secundo, Quoniam actu primo verè & realiter tali pacto in verbo subsistere nunquam cepit caro Christi.

CLXXXIX. Quamobrem August. epist. ad Dardan. inquit, Vbiique crede Christum per id quod Deus est: In celo autem per id, quod homo est, iuxta veri corporis modum. Quæ verba cur truncavit aduersarius, nisi quod evidentissime illis refellitur? Ergo in persona Christi naturam diuinam, & non humanam vbiique esse, & rursus humanam & non diuinam localem esse Augustinus confirmat.

CXC. Quare falsum est, quod humanitas in persona filij Dei non sit localis seu localiter, hoc est, ut illa non sit in loco quartenus in persona illa subsistit. Etsi enim in Christo non est locus, quod diuinitatem ipsius attinet, tamen humanitas finita conuenit localitas, hoc est, spacium quo quantitas corporis Christi finitur, & in ipsa hypostasi filij Dei subsistens, licet cum aduersario fremat Orcus & orbis. Si vero propterea affirmat humanitatem Christi esse vbiique, quod diuinitas non est localis proprietate essentiæ, dicat diuinitatem Christi esse localem, quoniam humanitas proprietate essentia non esse vbiquerepletuè, aut si diuinitas non ideo est localis, quæ planè nulla ratione realiter est localis) fateatur & humanitatem non esse vbiique.

CXCI. Quod cum certum & indubitatum sit, qui absque præiudicio solius veritatis studio rem piè expendit, liquidò animaduertit cōtraria esse: (fas enim est bene ut verbis, quibus ille abusus est, nisi fallor) Quod humanitas Christi sit localis & finita, & tamen eadem realiter sit omnipotens, & quod has contradictiones γλωσσαγιαις aduersarius conciliare nequeat. Quamobrem cùm illa nō contraria esse, repetere h̄c debuit; h̄ec, quæ & nos, imò verbum Dei concedit & de quibus nulla lis est opponit. sc. Contraria non esse, quando dicimus, humanitatem localiter uno tantum loco circumscripam esse posse: Et tamen eandem alio modo, scilicet hypostaticè in Dō verbo subsistere & ab eo nunquam

huncquam & nusquam separari. Nisi homini idem est, carnē
subsistere in persona λόγος, & realiter eandem esse omnipræ-
sentem: & negare, quod humanitas sit realiter omnipræsens,
eidem est, humanitatem ab hypostasi Verbi separare. Quod
si hoc est separare hypostasin Christi & naturae eius, scriptu-
ra quoque eas distrahit & separat, videatur responsio ad
Thes. 137. & 28. Ex qua vero scriptura ille didicit, humanæ
Christi naturæ proprietates suas competere saltem ratione
sue essentiæ, & diuinæ realiter in unitate personæ eidem com-
municari, quasi subsistat extra unionem personalē in Idio-
matis sue essentiæ, & in Deo verbo subsistat Idiomatis essen-
tialibus Dei: quorum alterum Eutychis, alterum Nestorij
scholam pluris facere hunc hominem, quam eam, quæ est
Iesu Christi, docet. Sed mutuum muliscabunt.

CXCII. Ergo Synodus Ephesina & Chalcedonensis ^{Hec si im-}
Anathema ipsi dicunt, quod nouam descriptionem vniō ^{sylogismi}
personalis postulat & ^{formā re-} *κανονιζεῖται* Nestoreorum & Eu-
tychorum humanitatem Christi sibi opponit, ratione ^{digantur,}
effientiæ & personæ, ac relinquit suas proprietates naturæ ^{pariūt qua-}
humani, per se considerate saltem ratione sue essentiæ; Quæ
proprietates naturæ humanæ unice competit & ratione
sue essentiæ, & in unitate personæ. Neque enim fingenda est
humana in Christo natura, quæ sit aut fuerit vñquam extra
illam personam. Et magis scrutatur utriusque naturæ pro-
prietas propter unionē. Sed aduersarius nihilominus Idio-
mata diuina ad naturam humanam quoq; refert. Et ut hoc
perfias & nefas tueatur, proprietates attemperari impuden-
tissime (ne quid grauius dicam) flagitat, ita ut negligatur,
quod iuxta scripturam, ab initio confessus est, solum Deum
esse omnipræsentem, ne ipsius blasphemia reuinatur, quod
solueret unionē personalē, dicit, & negare quod finita hu-
manitas in infinita hypostasi filij Dei subsistat: Contra illud
Synodi Chalcedonēsis: NE QVA QVAM SUBLATA EST NATU-
RA VVM DIFFERENTIA PROPTER UNIONĒ. Quod homo gran-
dis su-

dis supercilij ex alto despicit, modò libidini animi indul-
geat, & pertinacissimè mordicùs retineat, quòd humanitas
Christi etiam realiter sit omnipræsens. Sed quoniam ijs ar-
tibus veritatem naturę humanę Christi non tuetur, quem-
admodum scriptura tradit, teste perpetua Ecclesiæ doctrina,
eam conuellit, quicquid verbis fictis, contrà vanissimè præ-
se ferat & glorietur. Quemadmodum & proprietates labo-
factat, vt ab vnione personali se auellat, que verbo Dei do-
cetur (quam superius dicit nudam & fingi criminatur) & vt
nescio quam aliam suam commentitiam supponat & om-
nia subuertat, & si possit etiam mundū in antiquum Chaos
redigat, & Deum regno deponat & ipse thronum occupet.

247. CXCIII. Totus autem $\lambda\circ\gamma\circ$ incarnatus est, Sed qua-
si ipse partes eius faciat, ita negat eum ex parte esse incarna-
tum, & eius hypostasis diuidendā in partes. Quo si pungit
diffitentes naturam humanam Christi esse omnipræsentē,
non considerat, quod ubique sit hoc, quod totum est ubiq̄,
& in singulis locis vnum atque totum. Quamobrem cum
Christus vt spiritu viuificatus est, ita spiritu sit ubique carne
eundem ubique esse nihil attinet, aut etiam diuitiate pati
ipsum necesse fuit. Singularem autem præsentię Dei gradū
esse mysterium incarnationis, quo homo Christus ab om-
nibus creaturis dignoscitur, id controuersiam nullam ha-
bet. Est autem hic, quo duæ Christi naturę ita coierunt sal-
uis naturis & earum Idiomatis vt vna sit hypostasis. Et hec
est vno hypostatica: In qua, quoniam naturę essentialiter
& realiter differunt, cum omnibus Idiomatis essentialibus,
quantumvis inseparabiles & hypostaticè vnit, quia aduer-
sarius neglecta ESSENTIALI ET REALI naturarum &
& Idiomatum differentia (que pestis est realis communica-
tionis proprietati, quam sic dicitur) Vnicè exaggerat hoc
quòd nature sint INSEPARABILES, quid monstri alat est
luculentum. Quam autem vniōnem personalem ipse intel-
ligat, disertis verbis ac specificè nondum dixit, nisi quod
cam,

cam, qua cum Ecclesia omnium temporum, hominem illū
matri virginis filium, filium Dei, & Deum hominem dici-
mus, nudam appellat & singi gannit. Certum autē est, quod
damnari non potest ab Eutycheis ut Nestoreum, id inuisum
esse Eutycheis, quia prosternit Eutycheisum. Quanquam
aduersarius instar hominis gladiatori vel marcialis est ~~ambo~~
~~etiam~~, modò veritatis diuerticulo non consistere tene-
atur. Imò lubricus coluber & Proteus est, vertens sese in om-
ne genus stropharum fallacium, quibus se vinculis verita-
tis captum expediat, neque tamen ijs non vinciri nō potest.

CXCIII. Quare maiestas, qua sit omnipræsens hu-
manitas Christi, neque localis neque personalis est, Quia
nulla est. Nosverò, qui negamus illam maiestatē, iuxta ver-
bum Dei, tenentes hoc quod solus Deus sit omnipræsens,
(quod & aduersarius aliquoties fatetur) naturas in Christo
hypostaticè vñitas diuellere clamat. Neque tamen (si id di-
strahere naturas est) se idem facere agnoscit, quando contra
suos complices & patrem Eutychen, naturam diuinam pas-
sam esse negat. Neque vbi paulò ante humanitatem Christi
aliter ratione personæ, aliter proprietate essentia consider-
rat, & (cap. 8. & 10.) Vbi æternam Deitatem vtcunque a ma-
iestate distinguit, de qua dimicat, Sed familiare est Euty-
cheis ut naturas diuelli dictinent, quotiescunque in vnitate
personæ Christi iuxta sua Idiomata ritè discernuntur. Alio-
qui enim aut ad Nestoreos, aut ad sanam verbi coelestis do-
ctrinam ipsis deflectendum est. Quorum hoc aduersarius e-
stat atque etiam cauet, illud sæpe facit, Nam implicatio-
nis contradictionum ipsum non piget.

CXCV. Non est consequens, ait Augustinus in Epistola ad 249.
Dardanum, quod in Dco est ubiq. esse vt Deum. Contrà expedire
pro sua sapientia aduersarius credit, humanitatem esse om-
nipræsentem vt Deum, ne sit opuseam alia atque alia spacia
ingredi & successiuè moueri, & ne videatur extendi prodi-
giosè, addo etiam hoc, quod oblitus est, ne qui omnipræsen-

Videatur
responsa ad
The. 19. 132.

The. 192.

tem esse carnem singunt, & eam extendi instar aëris vel lucis inficiantur, multiplicare corpora Christi videantur. Sed quia nimis cunctabūdus est ad ascendum, quod expediret humanitatem Christi etiam in Deo verbo realiter esse Deum, id est, (non tantum *xar' ἄλλο*, sed etiam sui respectu) sacris litteris & Augustino fortassis tuius assentimur.

CXCVI. Suspendimus & de hoc assensionem, quod humanitas Christi sit omnipræsens ut λόγος, & omnes res sibi præsentissimas habeat extra omnem localitatem, ut λόγος, donec ex scriptura confirmetur, quod humanitas sit conuersa in λόγον.

CXCVII. Viam latam & molle iter ostendit ad intelligendum, quid sit omnipræsens humanitas Christi, sed meta ultima præcipitat in barathrum Eutychis, ex quo naturam humanam a λόγῳ absorptam esse, tanquam ex antro Trophonij blasphemas voces dedit. Similiter autem persuadere poterit hominibus credulis, humanitatem Christi æternam esse, si animum seuocare iubeat a mensura seu numero motus secundum prius & posterius, qui est tempus, & considerare hypostasin solam filij Dei, & nihilominus affirmare quod caro subsistat in illa hypostasi, quæ sine principio & fine est. Quod si nemo assentiatur sanus, ut propter eiusmodi φλυαρία dicat, quod humanitas Christi æterna sit, ac ne ipse quidem aduersarius realem æternitatem naturæ humanæ ita docere audeat, cur sic omnipræsentem esse humanitatē Christi singit? cur magis omnipræsens sit humanitas eadem Christi, etiamsi omnes cogitationes de loco omittantur, & tantum ipsa hypostasis filij Dei omnipræsens, in qua subsistat natura humana spectetur. Neque enim ideo hæc est Deus, immo ita in nihilum redigitur, ut Augustinus Epistola ad Dardanum scribit; *Tolle spacia corporibus & nusquam erunt, & quia nusquam erunt nec erunt & in spiritum transformabuntur.* Quod ne fieret, Christus a resurrectione discipulis sua figura, situ, distinctione membrorum & partium

sum se aspiciendum & contrectandum præbuit & adiecit:
Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtus habere. Quare
Theophylactus l.5. c.3. de passione dicit: Hoc Catholica fides tra-
dit, hoc exigit in redemptore nostro conuenisse duas naturas, & MA-
NENTI BVS proprietatibus suis tantam factam unitatem utriusq[ue]
substantie, ut ab illo tempore, quo in beata virginis utero V E R-
D V M caro factum est; nec D E V M illum sine homine, quod ho-
mo est, nec H O M I N E M sine hoc liceat cogitare quod D E V S est. Su-
prā Augustinus & Basilius imaginariam carnem dixerunt, qua
sit sine loco, tempore & ceteris Idiomatis in persona Christi. Item:
falsis imaginibus delusam humanitatem. Epicurus apud Cicce-
ronem dicit, Deum non habere corpus, sed quasi corpus, nō
habere sanguinem, sed quasi sanguinem (cohorresco hęc re-
ferēs) sed homines in Ecclesiæ sinu educatos, similia de Chri-
sti carne comminisci nihil pudet. Utinam & pudeat & etiā
maturè eos impiæ nequitie punitateat.

CXCVIII. THE SIS.

*Et quia λόγος omnes creaturas reliquias, vt modo diximus, sine ullis
 διατάξισι locorum sibi verè præsentes habet, que in ipso sunt mouentur & viunt,
 Act. 17. an non multò magis naturam personaliter assuntam extra locorum spacia
 sibi toto genere præsentiorē habere censendus est?*

CXCIX. In reliquis namq[ue] creaturis ita totus est λόγος, vt totus etiam sit
 extra eas. Cum sola autem humana natura, ita sē ē vniuit, vt neque ex parte, neq[ue]
 totus extra eam subsistat, utpote, quam in suam propriam subsistētiām siue per-
 sonam assumit.

CC. De hac totius indiuisi Christi omnipræsentia Cyrus lib. 12. in Ioh. cap.
 32. in singulos partib[iliter] transiens vniuersit[us], ac animū & corpus eorum san-
 tificans per carnem, impartib[iliter] atque integrè in omnibus est, cum unus ubiq[ue]
 sit, nullo modo diuisus.

CCI. Et Theophylactus in Ioh. 19. cap. Igitur sanctum Christi corpus indiui-
 sibile est, & diuiditur ac communicatur in quatuor partes orbis, vsum præbens
 singulis & vniuersit[us], animam sanctificans cum corpore per suam carnem, uni-
 genitus & integer in omnibus existens est ubique.

AD ANALYSIN CAP. XX.

CCII. Hinc D. Athanasius λόγον extra suam carnem non esse scribit.

CCIII. Interim tamen concedimus, quod alio modo diuina, alio loco humana Christi natura sit omnipresentis.

CCIV. Diuina quidem, quia iuxta essentiae sue proprietatem est infinita natura, & sic per se sine alterius beneficio omnipresentis.

CCV. Humana autem Christi natura omnipotens est, non quod per essentiam infinita sit, sed quoniam proprietate essentiae finita manens in hypostasi verbi infinitam, quam cœli cœlorum comprehendere nequeunt, realiter assumta est.

AD ANALYSIN CAP. XX.

Q V O D ΛΟΓΟΣ N E Q V E
T O T V S N E Q V E E X P A R T E
sit extra humanam naturam,

I S A G O G E.

C X C V I I I.

252.
Videatur
respons. ad
The. 196.



O' ΓΟΣ omnibus creaturis adest, ut ipse sit sine locorum interuallis, Quoniam totus ubique est & in singulis locis unus atque totus. Quare nullæ sunt illæ differentiæ inter humanitatem Christi, & reliquias creaturas, Quod λόγος reliquias creaturas presentes habeat sine locorum interuallis, & humanam naturam extra locorum spacia. Non enim humanitas desijt esse creatura neque cepit esse eadem Deus. Vera autem differentia presentis Dei in carne Christi & alijs creaturis est, quod filius Dei assumptus naturam humanam, ut sit una hypostasis. Et humanitas non est facta hypostasis, quemadmodum λόγος non desijt, neque cepit esse, sed ab omni æternitate est hypostasis. Ideo nō dicimus, natura humana est filius Dei, sed homo est Deus, & con-

& contrà. Et sic iste gradus præsentia Dei a reliquis, & huma-
nitas Christi ab omnibus alijs creaturis discriminatur.

CXCIX. Quare quia natura humana non est omni- 252.

præsens, verum est λόγος esse etiam extra humanam naturā, Videantur
plura in
responſ. ad
The. 193.
vt Augustiū contra Manich. c. 15. scripsit, *Filius Dei in corpo-*
re suo totus, & etiam EXTRA sui corporis templum VBIQV. The. 193.
fuit totus.

CC. At Cyrillus non de communicatione Idiomatū, 254.

hec de vniōne personali agit, sed de speciali actione in san-
ctis, & ἡλικίαινοντοις, id est de cōmunicatione actionum in
officio sanctificationis, in qua requiritur, quod vtriusq; na-
turæ proprium & suum est, cum dicit: In singulos partibili-
ter transiens vñigenitus, & animum & corpus sanctificans
per carnem, &c. *Q V A M O B R E M* non ait, quod carne omni-
præsente transeat in singulos, & carne omnipræsente sanctifi-
cet corpus & animam piorum. Aut si hoc dicit aduersario,
cur non eidem dicit, diuinitate mortali & partibili sanctifi-
cat animam & corpus piorum? Verūm quē ludum lusit su-
per alijs Ecclesiasticis scriptoribus, eundem & Cyrillo facit,
quod de actionibus & effectionibus Deivirilibus is dixit, ad
confusionem proprietatum transmouens, quam maiestatē
insigniter vocat. *S E D* cur non ex illo Apocalypsi c. 5. quod
multò speciosius est; Agnus est occisus ab origine mundi,
colligit etiam, humanitatem Christi esse ante Abraham, &
initium mundi. Sed is agnus tollit peccata & vbiique & in o-
mnibus electis conterit caput serpentis, & vñica oblatione se-
mel uno loco & tempore peracta consummat omnes sanctos, diui-
nitate potissimum, quod efficaciam attinet, carne, quod meritum.
Itaque particeps factus est Hebr. 2. carnis & sanguinis puerorum,
non vt per carnem omnipræsentem, & omnipotentem, sed
vt per mortem, mortis aboleret imperium. Quæ vt o-
mnibus temporibus seruat credentes, ita omnibus in locis
eosdem sanctificat, vt existant in cordibus lux fides & vita,
& quæ alia bona his coniuncta sunt.

255. CCI. Theophylactus cum Cyrillo facit, & corpus Christi diuidi dicit, ergo omnipræsens esse non sentit, aut, si hoc ipse met refellit, quād idem ait esse indiuisibile, secum pugnat. Verūm non idoneus testis est, qui idem modò ait, modò negat. Aduersarijs quidem is mos est, & si idem faceret Theophylactus cum ipsorum moribus pulcrè congrueret, & haberent, qui ipsos oblectaret. Sed vt Cyrillus, disertè specialem actionem Dei in Ecclesia, scilicet sanctificationem appellat, quæ sit imputatione meriti Christi, qua propter mediatorem teguntur nobis sordes & iusticia Christi donatur, quam fide accipimus: Et inchoatione, quia per spiritum Sanctum accenditur nouitas spiritualis, consummanda in altera vita: Ad hoc opus, diuinitate & merito omnipræsente Christi, non autem imaginaria corporis omnipræsentia vel Deitate, indigemus. Non enim caro omnipræsens pro nobis passa, mortua, sepulta est & resurrexit ac regnat, sed quæ in cruce Golgathæ inter duos latrones media peperdit. Illa, vt Epistola ad Hebr. eam celebrat, vna oblatione consummauit omnes sanctos, æterna redētione inuenta.

255. CCII. In verbis Athanasij, quæ mutilat, homonymia Syncategorematis EXTRA abutitur. Nam p. 248. exponens, cur filius Dei passus dicatur, cum caro eius patiebatur, inquit, ipse non erat extra corpus, ideoq; ea passio ipsius nuncupatur. Et cum DIVINITAS designaret opera patriæ, non erat SSOR SIM ac carne sua. Quare dicit ἀλόγονον fuisse σάρξ ομοιαν VEL EXTRA CARNEM id est, non separatum a carne, neque cum subiret carnem mortem & commendaret animam patri in cruce, neque cum Deitate edederet miracula. Sed DIVINITAS edidit miracula. Ergo non humanitas secundum Athanasium, & tam non separata, fuit ab humanitate quam non separatur, si negatur esse passa.

CCIII. Celebrat suam liberalitatem, quoniam diluerit non potest, quod ex aequali naturam humanam divinam, hanc vide licet, quod alio modo diuinam, alio modo humanam naturam omnipræsentem esse largiatur. Sed quid est sibi ipsi contra.

contradicere, si hoc non est? Nā superius dixit, Solum Deum esse omni præsentem. Ergo nullus modus est, quo humani. *The. 10.*
tas Christi sit omni præsens.

CCIII. Quare adolēgia ipsi vītata est, quod diuini-
tas sit sine alterius beneficio omni præsens, Quasi modus sit,
quo res realiter alterius ope sit omni præsens, Scilicet com-
mentitia maiestas.

CCV. Ergo humanitas Christi neque per essentiam
neq; propter vñionem personalē realiter est omni præsens;
etiam si homo Christus est & Deus & omni præsens. Enim-
vero, vt Cyrilus 32. serm. Thesau. dicit, *necesse est reddere Deo,*
quæ sunt Dei, & humanitati, qua debentur humanitati, ne id quod
creatum est ad diuinam deducentes essentiam, aut id quod est diu-
nature ad locum, qui congruit creaturis, in aliquem incida-
m us errorrem. Alioqui nec de Deo, ut Deo, nec de homine ut homine
dicunt potest, quemadmodum monet Theodoreetus. Quare vo-
cet tantum, non re ipsa vno est, qua aduersarius suam strophā
monstrōsam, ex Eutychis & Nestorij blasphemis compo-
sitam, quasi inuolucro tegit, qua naturam humanam sibi ra-
tione personæ & essentiæ opponit, & contraria ei tribuit.
De hac Athan. p. 103. hoc præconium facit: *Qui distrahunt*
verbum a sua carne, nullam omnino peccati aut mortis euastatio-
nem existimant. Vbi nefarij seorsim carnem inueniunt, quam Sal-
uator noster assumit: unus idemq; Christus est, ait Fulgentius,
qui quod humanum est, habet Deus in veritate humanae, & quod
diuinum est habet homo in veritate diuina natura: Nō dicit, quod
diuinitas sit ratione essentiæ omni præsens, & humanitas be-
neficio vñionis personalis sit realiter omni præsens, & tamē
proprietate essentiæ finita, quasi natura humana separata
est a diuina & extra vñionem constituta. Sed manult ad-
uersarius nictare & offendere, quād oculis apertis, fruigra-
tissima & saluberrima luce, &, quæ ostendit bonis.

THESES.

CCVI. THESES.

Neque est, ut quis obiectat, finitam humanitatem infiniti ab yis non esse capace*m* iuxta illud Aristotelis: Finitum infiniti non est capax.

CCVII. Sicut enim hoc ἀξιωμα Physicum tamdiu verum est, quamdiu in sua scientia limites sese cohibet, & de Physica capacitate agit: Sic quam primum Aristotelis auditorium egreditur & in spiritus Sancti scholam se insinuat, protinus verum esse definit:

CCVIII. Alias enim totum mysterium unionis personalis consideret, quod finiti & infiniti (qua in Physicis nullam proportionem habent) ineffabilem unionem factam esse ita, ut iuxta Chalcedonensis decreti rationem, in unam indutam subsistentiam coierit, edocemur.

CCIX. Adde quod ἀξιωμα illud iampridem Apostolica autoritate Pauli ex hoc ipso negocio prostigatum est: Nam scribit in ipso inhabitat omnis plenitudo Deitatis τωματικος corporaliter.

CCX. Si igitur omnis plenitudo Deitatis (quam nullis locorum terminis circumscribi, sed vere infinitam esse omnes sani intelligunt) in finita humanitate summo praesentia gradu inhabitare potest: pari ratione finita Christi humanitas huius infinitae plenitudinis capax erit, non quidem capacitate Physica, sed ex qua Dei verbum in hoc admirando mysterio nobis definitu*m*.

CCXI. Quare mediante hac unione hypostatica Christi secundum carnem ad virtutis Dei dexteram omnipresentem potuit exaltari, quod alijs creaturis (quæ cum ab yis patris aeterno dextrâ Dei unitate non sunt) contingere nūquam posuisse.

AD ANA.

QVOD HUMANA CHRI-
STI NATURA SIT AOR IN-

finiti capax, & omnipresentia ab alijs crea-
turis discernatur,

ISAGOGE.

CCVI.

 VM sepe non spectandum sit quis dicat, sed quid 260. dicatur, nomine Aristotelis temere flagellat sententiam sacris & bonis literis receptam; Infinitum finitum non est capax. Sed hoc malè habet virū, quod Athanasius de Synodis scribit, Cauendum esse ne inducimus diversam substantiam, quam velimus esse capacem proprietatum primā substantia: Et in compēdio, quod spiritus Sanctus nō sit creatura: Nulla creaturā posse eorū esse capace, quā propria Dei sunt iuxta illa Verbum caro factum est, sēmē Abraham seu formā serui assumpt. Ideo enim nefas est dicere: Humanitas Christi est omnipotens, omniscia & omnipræsens, Quia natura assumta non est mutata in assumentem; Et hæc ortum dede- runt Theodoreti Dialogis ἀστρονομίᾳ, ἀριθμητice, ἀπομημνησι. Quare, quibus refellitur, ea culpat Aristotelis nomine, & tamen ne nihil sit, quod confusione articulorum fidei, incarnationis & sessionis ad dextram obtendat, ab Aristotele distinctione οὐκ εἰσεγένεται, Thesi, 116. non abhorret, Imò ea abuti non veretur homo sacerrimus, & nihil moratur hoc, quod Aristoteles multò melior philosoph. fuit, quām ut ad depravādam veritatem, eam distinctionem traderet.

CCVII. Sed reprehendit vinum, quod babit, Nam 261. Thesi 205. dixit: Infinitam verbī hypostasin nō cœli nec cœli colorum amplitudine comprehendit. Quò ibi allusit, ni-

Si huc? Quod finitū non sit capax infiniti. An & illud e schola spiritus Sancti non est profectum? Aut saltem illud e schola spiritus Sancti proficiscitur, quod non pugnat cum maiestate commentitia? Quod humanitas Christi sit realiter omnipotens, omniscia, omnipræsens, quæ est naturarum exequatio, confusio, deletio, negatio?

CCVIII. Logi sunt, omnia quæ de vniione personali garrit. Nam non illam intelligit, quam Ecclesia omnium temporum iuxta scripturam docet. Quamobrem ut antè in symbolo Niceno, sic nūc in decreto Synodi Chalcedonensis eximiā illam dictiōnēm IN CONFESS., quæ opponitut

Cyrill. de ipsius deliramento, prætermittit.

Videatur respons. ad The 67.
incarnatione vni-
genit. Quicquid in also ha-
bitat non est tale,
quale est in quo ha-
bitat.

CCIX. Neq; verò Paulus illud axioma, (finitū non est capax infiniti) nisi opponatur mysterio vnionis personalis & communicationis Idiomatum repudiat, sed confirmat, cum dicit: In ipso inhabitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter σωματικῶς. Nam realiter & essentialiter distinctas naturas & proprietates earū nō extra, sed in persona Christi postulat, quantumuis inseparabiles & hypostaticè vnitæ sint. Etenim ut Dominus domus alicuius nō est ipsa domus, ita natura assumens nō est assumta: Ac vt domus & non Dominus defēdit ab iniuria cœli, imbrī, molestiarū caloris & frigoris; Et rursus, nō domus sed Dominus incola est, & quæ ad præstandū sartum atque tectum ædificium pertinēt, procurat: Sic Deitas Christi non est visibilis, passibilis, mortalis, humanitas non est omnipotens, omniscia, omnipræsens, &c. Interim verò non est vnum ὑφεναπερον Dominus cum domo, vt filius Dei & natura assumta sunt vna hypostasis, Quamobrem communicatio Idiomatū fit in concreto, & nō in abstracto, vt suprà declaratū est respōsionē ad Thel. 37.

266. CCX. Etsi igitur in Christo sit eadem plenitudo Deitatis, quæ in patre & spiritu Sancto, vt Athanasius exponit p. 93. non tamen humanitas est illa plenitudo Deitatis; neque verbum Dei docet, quod propterea humanitas sit realiter

liter omnipotens, omniscia, omnipræsens. Nam de Christo loquitur Apostolus, & non de humana natura dicit, quod in ea inhabitet omnis plenitudo Deitatis, quanquam verum est totam & plenam diuinitatem humanitati esse hypostaticè unitam, ut visitatè exponitur, sed non tantum inseparabiliter: verum etiam inconfusè diuinitas Christi humanitati ipsius unita est. Quare frustra hoc dicto abutuntur aduersarij propter mentionem plenæ diuinitatis. QVBMAD
UODVM & NESTORIVS idem detorquebat ad suam blasphemiam ob verbum inhabitandi.

CCXI. Quare cum nulla sit unio hypostatica, in qua 267. Idiomata Deitatis, respectu personæ humanitati realiter conueniant, & non nihil de statione & iure suo decedant, tam non contigit humanitati Christi, ut esset realiter omnipræsens, quam alijs creaturis, quacunque tandem sesquipedalium verborū pompa aduersarius ampulletur, imò licet ut ὄγρις Aesopica sacrarum literarum furtiis coloribus ac pennis inopem causam ornet.

CCXII. THESES.

Proinde Christus nunc in statu maiestatis non tantum est ubique, sed etiam regnat ubique, & scilicet sine assumpta natura nihil, sed in ea, cum ea, & per eam efficaciter administrante omnia, quo respectu Christus non præstantior aut efficiator est in summo cælo, quam in infima terra.

CCXIII. Et cum supra dictum sit, in hac gubernatione mundi, omnia quæcunque vel in hoc vel in futuro seculo nominari possunt, Christo subiecta esse, quis adeo temerarius existaret, qui locum excipendum esse pronunciaret, cum Deus nihil excepterit, quod non Christo subiecerit? Hebr. 2.

CCXIV. Quin potius Christo ad dextram maiestatis omnia etiam loca supera & infera, aut quocunque nomine censeantur, subiecta esse cum Apostolo constanter afferimus.

CCXV. Nisi enim hoc factum esset, nunquam profecto omnibus creaturis, quæ locis a se inuicem disiunctissimæ sunt, gubernandis præsidere, nec filius hominis Dominus super uniuersa opera manuum Dei constitui, neque hic orbis terra subiecti eius imperio potuisset.

AD ANALYSIN CAP. XXII.

C C X V I . Quæ tamen omnia verissimè in Iesu Mariae filio, impleta esse scriptura euidenter perhibet, licet nondum videamus (sicut Apostolus inquit) quomodo ei subiecta sint omnia. Sed hoc mysterium fide in verbi speculo tanquam amicis eminus aspicientes, cum sanctis Angelis adoremus.

AD ANALYSIN CAP. XXII,

Q V O D C H R I S T V S P E R
H U M A N A M N A T V R A M O M -
nipotentem, omnia agat & gubernet in ca-
lo & terra, &c,

I S A G O G E.

C C X I I .

268.



O H. 5. Christus per opera patris, quæ designabat, se substantialiter Deum esse declarabat, & cum nihilominus animis fluctuantem, vili eius conditione offensi, si mihi non vultis credere, operibus credite: iterum dicit Ioh. 10. Inde Cyril. l. II. c. 21. in Iohannē inquit: Nulla res, quæ propria Dei sunt, facere potest, nisi substantialiter sit Deus. Quare cum humanitas Christi non sit Deus, propter commentitiam maiestatem, qua vult aduersarius eam quoque esse omnipotentem, omnisciam, & omnipræsentem & omnia regere in cœlo & terra, ob eam planè nihil agit. Quamobrem vocabulis concretis pro abstractis aduersarius vtitur, & orationis perplexitate suam fraudem obscurat.

269.

CCXIII. PSEUDOCHRISTVS est, qui etiam humilitate sit realiter omnipotens, Quod aduersarius declarat ipsem et ubi fatetur solum Deum esse omnipotentem. Quare tali Christo subiectum nihil est. Etsi Christo, qui est verus Deus &

Videatur
reffson. ad
The. 90.

Deus & homo omnia subiecta sint, vt superiùs ex sacris literis & Athanasio didicimus. Deinde venit Christus, nō vt naturā rerū a se cōditā sed vt opera Diaboli inter quę sunt etiā Tyrānis & sophistica, destrueret. Quare ita est omnipræsens ipsius humanitas, propterea quod ipsi subiectus est locus: quemadmodū eadē est æterna: quoniā ei subiectū est tēpus.

CCXIII. Quamobrem licet Apostolus Christo om. 270. omnia subiecta esse confirmet; tamen de tali Christo non agit, qualem aduersarius fingit. Quare vbi Christo, qui est verus Deus & homo, omnia subiecta esse dicit, adiecit exceptum, qui ipsi subiecit omnia, & aduersarij deliramentum de maiestate, quā etiam sit realiter omnipotens, omniscia, omnipræsens humanitas elisit. Itaque si maiestatem, de qua Apostolus docet, amplecti, & de constantia Apostolica verè gloriari velit, commentum, quod cum doctrina prophética & Apostolica pugnat, abijciat oportet, aut vanæ impietatis & impię vanitatis ex sentina ista sophisticarum præstigiarum conuinceatur & condemnabitur.

CCXV. Ut enim humanitas Christi nunquam cepit esse realiter Deus, ita nunquam cepit esse realiter omnipotens, omniscia, omnipræsens: scilicet ut non modò uar' ἄλλο, id est, respectu diuina natura, sed etiam sui respectu, & sic iuxta verāq[ue] naturam Deus realiter, & omnipotens, omniscius, omnipræsens iuxta verāq[ue] naturam realiter esset Christus, & Idiomata diuina in unione persona non soli diuina, sed etiam humana natura simul offerenda, & humanitas aliter in sese aliter in unione persona consideranda esset. Solus enim Deus est omnipotens, omniscius, omnipræsens, Quod cùm dederit aduersarius, simul & hoc dedit, neque essentiæ neque personæ ratione humanitatem Christi esse realiter omnipotentem, omnisciam, & omnipræsentem. Nequaquam enim sublata est differentia naturalium, sed magis salua est vtriusque naturæ proprietas propter unionem. Attamen contra hæc omnia obstinatè memor legis, quā paulò antè sibi fixit, quāquam callidissimè &

& parcissimè omnia facit, ne vitreæ ratiunculæ inter se attri-
tæ & allisæ frangātur, & mulatus credo superbos illos, Luc. 10.
sacerdotem & Leuitam, oculis aueris a naturæ humanæ
Christi Idiomatis, quasi spoliatæ in itinere infesto a latroni-
bus, nescio qualem humanitatem (arbitror quam imagina-
riam & falsis imaginibus delusam Augustinus & Basilius di-
cunt) considerat in persona filij Dei & ipsius Idiomatis di-
uinis; & quasi factū sit, quod nunquā factū est, nisi id factum
esset, Christum humanitatem creaturis omnibus, quæ longif-
simè locis distantibus seiunguntur, (*nam confundit abstracta*
& *cōcreta*) gubernatione non præesse, neque constitui ipsum
Dominū omniū operū Dei, neq; orbis terræ monarchiā ri-
tē ipsi committi potuisse, blaterat, scilicet humanitatis re-
spectu. Quia verò talis caro Christi nō est, quæ suis essentiali-
bus Idiomatis, exuta, in Idiomatis filij Dei essentialibus
subsistat, maneat inuicta & immota veritas illa; Solum Deū
esse omnipotentem, omniscium, & omnipræsentem, & hu-
manitatem Christi non esse realiter omnipotentem, omni-
sciam, & omnipræsentem, seu quod idem est, Christum tan-
tum iuxta diuinam, & non etiam iuxta humanam naturam
esse omnipotentem, omniscium, & omnipræsentem. Et ad-
uersarium præficere gubernationi omnium rerum inanem
blasphemarum vocum stepitum, & eundem Dominum o-
mnium operum manuum Dei constituere, & eidem impe-
rium orbis terrarum subiucere, denique ad dextram Dei e-
uehere, & patri filio & spiritui Sancto ex quare, & Deum fa-
cere, quantum in se est, liquet. Quæ admodum horribilia
facinora sunt, cùm Christus quia perfectus Deus est & perfe-
ctus homo, summus ecclesiæ sacerdos & rex a scriptura celo
bretur, & nisi perfectus Deus & homo esset, saluis utriusque
naturæ Idiomatis essentialibus, tantum munus obire & su-
stinere non posset. Non enim a Deitate mortali & passibili,
quæ nulla est, præstari id potuisse aduersario minimè inuito
obtinere me existimo, Quamobrem & hoc, vel ipso inuito
confir-

confirmo, ab humanitate omnipotente, omnisciæ & omni-
præsentे, quæ itidem nulla est, idem munus non geri rectè
potuisse, nisi præstigia fallacium conclusiuncularum, do-
ctrina diuinitus patefacta, & sublimi Dei illa & admirabili
eterna q; sapientia potiores sint. Rex politicus multis gen-
tibus imperat, etiam si non coram adsit: Cur non Christus,
qui Deitate sua omnipræsens est, quod nulli creaturæ com-
petit, regnare & ipse possit, etiam si non carne omnibus in
locis adesse fingatur? Qua si adeſt, cur ea non vident ipsum
perspicaces aduersarij? Cur nunc, vt ante resurrectionem &
incarnationem ministerio hominum in propagatione Eu-
angelij vtitur? Septuaginta discipuli, postquam magno cū
fructu docuerant & miracula ediderant, Christo successum
prædicabant gratulabundi. Aut an Christus, quod sciebat
carne, cādem nesciebat & nihilominus ipsis carne adfuerat,
exerens ea tempestate maiestatem carnis, & mox eam recon-
dens, & vt rem furtiuam alicubi defodiens ac obruens? Ita-
que absurdum & impium aduersarij commentum valeat,
quod verè est τρέπετος μα blasphemum.

Christus iuxta vtramq; naturam potenter regnat, vt tra- Christus
caput Ec-
clesiae. i.e.
ficiacia.
uenatura cōferente, quod suū, & neutra, quod alterius est,
vt suprà animaduertimus & annotauimus. Est caput, id est, mi-
nisterium & immediatè protegit electos contra omnes fu-
tores Diaboli, est immediatè efficax in credentibus, docet,
sustentat & viuificat sua membra, cū sit λόγος & ἀνθυγάστρα
eterni patris, hauriens vitam ab ēterno patre, viuificat &
quam massam in virgine assumtam, & ex eadem massa simi-
lē spiritum emittit in credentes fide sibi insertos, vt in il-
lis ascendatur similis lux, iusticia & vita conformis Deo, L
deo Matth. 28. in concreto dicit: *Mihi data est omnis pote-*
tas, scilicet colligenda, sanctificanda, potenter protegenda, & glo-
riosa liberanda Ecclesiae. De hac efficacia Christi & inhabita-
tione in sanctis, multa sunt illustria testimonia scripturaræ.

Ego

Ego sum vitiis, vos palmites: Ipse est caput Ecclesia omnia in omnibus perficiens: Qui adhaeret Domino, unus est cum eo spiritus: vivit in me Christus. Ad defensionem, quæ propria est æterni regni, congruunt hæc dicta: Nemo rapiet oves meas de manibus meis; portainferorum non præualebunt aduersus eam. Ad æternum sacerdotium pertinet hæc sententia: Semper viuens, ut semper interpellet pro eis: Tu es sacerdos in æternū. Deinde est caput perfectione, Quia est natura Deus, & quia natura humana Christi, superat sapientia potētia & iusticia omnes creaturas. Est caput merito, Quia Christus Deus & homo est pretiū redēptionis, impetrans sua perfectissima obedientia, redēptionē & salutem æternam. Igitur iustum est, eum esse superiorem vniuersa Ecclesia, etiā secundum humanā naturam. Deniq; est caput ordine, iuxta missionem, Quia ista persona primō missa est ad Ecclesiam, & est præcipua propter naturā diuinam, & propter excellentiam naturę assumentę, quæ dignitate antecellit angelis. De his ipsis & sparsim antehac a nobis dictum amplius est. Quorum nihil aduersarius Christo verè tribuit, quem neque Deum neque hominem verum agnoscit; Quoniam diuinitati ipsius in vnione personæ non asserit Idiomata diuina soli, & humanitatem aliter in se, aliter in vnione personę considerat. Qui enim Christum verum Deum & hominem agnoscunt in vnione personę, Idiomata diuina naturę diuinę soli cum scriptura vēdicant, & humanitatem in suis proprietatibus saltem in verbo subsistere agnoscunt; vt superiū & sacrarum literarum & verorum Ecclesię doctorum testimonij prolati ostendimus. Quamobrem Christus verus Deus & homo, habens omnem potestatem in cœlo & terra, gubernat omnia, videt & audit omnia, defendit nos, & iudicabit suos & nostros hostes.

271. CCXVI. Scriptura est eloquium purum, quia est eloquium Iehouæ, vt est Psal. 12. Quare temere de suis scđis aetetris eius corruptelis præconium facit, quod eas scripturæ in Iesu Marię filio adimplatas esse doceat. Non autem ignorat

ignorat se fingere, quod Christus etiam carne sit omnipræ-sens & tali carne regnet. Itaque bene fatetur, quod non vi-deatur quomodo sint ei, id est, carni omnipotenti, omni-scie, & omnipræsenti, subiecta omnia. Nam verè non videri, quod nihil est, potest, aut vñquam poterit. Et tamen com-mentum plenum absurditatis & blasphemiarum, Sacramē-ti magni nomine commendat, & fide in Verbi speculo tan-quam enigmate eminusaspicientes cum sanctis angelis ad-orare iubet, Quasi non omnes Deum serio timentes & a-mantes homines & angeli in cœlo & terra, toto pectore de-restantur & execrentur colluicm contradictionum & nu-gationum & aliarum sophisticarum stropharum, & P B S E L, cuius gratia congestæ & cumulatae sunt; aut fides & inuoca-tio, sint assensio, fiducia & inuocatio talis Idoli, quod ma-gno interuallo a tergo relinquit, vincit & excedit eorum superstitutionem insanam, qui ciconias, feles, porrum cepe & canes diuino cultu affecerunt. Quæ enim Idololatria ista est horribilior, qua Diabolus confusione Idiomatum in na-turis duabus Christi nouum cultum per sua organa consti-tuere laborat, vt Euangeliō de Iesu Christo vero Deo & ho-mine illudat, & Deum, qui in vnigenito filio honore affici-vult, ita omnium grauissima contumelia & blasphemia offendat.

CCXVII. T H E S I S.

Ergo ut ad propositum reuertar, ex ijs, qua. huic vsque dicta sunt, intel-ligitur, Cur solus homo Iesus Christus & præter ipsum nullus aliis homo, vel ange-lus inuocari posset ac debeat.

CCXVIII. Nempe quia per unionem personalem hic solus homo ad eam virtutem ascendit, vt Cyrilus loquitur: Qua inuocantium fiduciam, preces, ac ge-nitus scrutatur, quia καὶ διὸ γάρ οὐκ εἶται ἀπὸ ὅμνος.

CCXIX. Et quia potenter ex malis omnibus eripere potest, cum ad dexterā Dei in medio inimicorum suorum ab uno mari vsque ad alterum dominetur, & sic

ab omnibus hostibus praesens tueri posse Ecclesiam suam, que est complementum eius, qui omnia in omnibus adimplevit.

C C X X . Vnde nec inuocantibus opus est ut ad certum coeli locum inuocacionem dirigant, in quo Christus suo corpore vel stet, vel sedeat, vel ambulet sicut quidam suauiter admodum philosophantur.

C C X X I . Sed corda sursum attollentes extra omnes creaturas ad dexteram Dei (quanib[us] excelsius est) presentem ipsum in spiritu & veritate inuocant, quemadmodum scriptum est: Vna cum omnibus qui inuocant Dominum nostrum Iesum Christum, quouis loco vel suo vel nostro, 1. Corinth. 1.

C C X X I I . Et hoc modo promissionem suam verè implet; ubi duo aut tre congregati sunt in nomine meo, in medio ipsorum sum. Item, Ecce ego ero vobiscum usque ad consummationem seculi, Ego Christus, scilicet totus, Deus & homo, nullo loco vspiciam diuisus.

C C X X I I I . Sic Ecclesia sue tanquam caput prasens regnum suum & sacerdotale munus apud eam in terra peragit.

C C X X I I I I . Ad quod officium gubernationis Ecclesia Christus quatenus homo nunquam in eternum potuisset exaltari, nisi hæc, de qua loquimur maiestas, ei verè & realiter tributa foret. Siquidem extra controuersiam est: Quid gubernare Ecclesiam toto orbe dispersam & eam in medio inimicorum defendere, non nisi sic infinita potentia sit opus.

C C X X V . Quapropter ridiculum commentum esse patet, quo quidam testimonia scriptura, quia ad afferendam maiestatem hominis Christi a nobis producuntur) egregie scilicet se confutasse autumant, dum ea de exaltatione Christi in regno & sacerdotio ita intelligenda esse dictitant, ut interim xviiiij. annos diuinam investitatem reale Christo, quā homo est, admittant sibi hoc manifestissime contradicentes.

C C X X VI . Quia enim in confessione est, officia Christi tori persone Christi secundum utramque naturam esse communia, certè si absque fraude Christo secundum humanam naturam quoque officium gubernationis Ecclesia tribuunt, simul infinitam potentiam ei tribuunt necesse est: Aut si hanc xviiiij. annos tollunt, simul ei officium quoque regium illud & sacerdotale gubernationis Ecclesia (quod non nisi infinita potentia opus esse quiuius animaduertit) admere oportet.

Q V O D H V M A N I T A S
C H R I S T I P R O P T E R E A Q V A E

*hactenus dicta sunt inuocanda sicut & nulla
creatura alia, &c,*

I S A G O G E.

C C X V I I .

D propositum se recipit. Et quia solum Deum esse inuocandum, & solum Deum esse omnipotentem, omniscium, & omnipresentem in aditu & primo vestibulo istius rhapsodiæ assuerauit, ferè antequam manum illi centoni admouit, colluuiē putidorum & impiorum cauillorum & stropharum (propter modum ex omnium Cyclopicorum hæreticorum pestilentibus cisternis haustam & corriuatam) ipse met dissipauit. Inde enim intelligitur, quod humanitas Christi tam non sit omnipotens, omniscia & omnipræsens, & propterea quoque inuocanda, quam angeli vel aliæ creaturæ. Et talem inuocationem Christi omni Idololatria grauiorem esse, adeoque non inuocationis nomine dignam. Cælare autem dolum voluit abusus suo more concretis vocabulis pro abstractis. Interim vero, ut Bonaventura l. 3. dist. 9. dicit, humanitas Christi Una adoratione cum verbo est adoranda, non propter se, sed propter ILLVM CVIVS scabellum est. Neque ipsa humanitas sola vel nuda, sed cum verbo cui unita est, adoranda est. Nec qui hoc facit Idololatria accusari potest. Quia nec soli creatura, nec propter ipsam, sed C R E A T O R I cum humanitate & in humanitate seruit. Hactenus Bonaventura. Hæc aduersarij deliramento diffimillima sunt. Nam etsi naturæ humanæ mentionem habent, tamen ad hypostasin ipsius se mox referunt, & dum negant carnem propter se adorari, solum Deum omnipotens.

tentem & inuocandum esse confirmant. Est autem homo Christus Deus.

CCXVIII. Né habet quidem, quod pro sua sententia venditanda dicat, nisi scripturæ & orthodoxorum testimonijs male vtatur. Quare penes veritatem palmam esse & se inopem ac noxiā vībrān̄ friولي & impij deliramenti tueri hīc, vt passim declarat. De homine Christo non est dubium, vt Cyrillus dixit, quod ad eam virtutem concenderit quā inuocantium preces & gemitus scrutetur. Item sit omniscius & nāgdiōγvāgns, sed voluisse Cyrillum, quōd Christus non tantum iuxta diuinam, sed quoque iuxta humanam naturam sit omnipotens, vt fiducia, quæ soli Deo debetur, etiam in humanitate adeò acquiescat, & ita Christus inuocetur, unde probabitur? Omnia enim sursum deorsum euertentur, ait ille 1.2. in Ioh. c.14. Si Deitas natura ad creaturā deducitur & creaturarum substantia per insaniam ad supremam metalocum scandere creditur.

295. CCXIX. Non in verbis, sed in sensu est hæresis, vt ait Hieronymus: Sunt autē illa scripturæ verba; Quōd homo Christus potenter omnibus malis eximere possit, dominetur inter medios hostes, & præsens ab omnibus malis Ecclesiam & in columem præstet. Sed illæ actiones communes sunt Patri, Filio, & spiritui Sancto, vt Psal. 110. iubetur Christus considerare ad dextram patris, donec pater ponat, id est, fundat & profiget inimicos ipsius, vt ceruices ipsi tanquam scabellæ subiiciat. Et Psal. 2. Filius eos castigaturus, & sua potentia, quasi ferro fragiles testas concussurus & minutatum consecuturus dicitur. Et 2. Thess. 2. Spiritu oris Domini imperfectum iri Antichristum. In societatem horum mirabilium operum, quæ solius Dei sunt, ita admitti non potest humana Christi natura vt ipsa quoque omnipotens, omniscia, & omnipræsens cuadat, quod aduersarius tanto strepitu verborum contendit, qui tamen eandem Deum esse dicere non audet. Etenim Dominus Deus noster, Dominus unus est. Deuter. 6. Non igitur id, quod non comp-

non competit humanitati Christi, inuocanda eius ratio est.

CCXX. Non sibi constat homo arundine mobilior. 296.

Antea nos exagitauit, quod Christum certo cœli loco cir-
cumscriptum includeremus, nunc exprobrat, quod eūdem ^{Thes. 172.}
certo cœli loco suo corpore vel stare vel sedere vel ambula- ^{173.}

respeculemur. Non autem dissimulamus, nos meditantes
adoptionem nostram, precari, *Pater noster qui es in cœlis*, vt
nos Christus vnicus & verissimus præceptor docuit & iussit,
& id quidem facimus sine metu cauillationis, quia *sumus filii Dei*, quoniam filius Dei habet & gestat naturam nostram.

Item, *quoniam de spiritu suo dat nobis*, Athan. pag. 136. Neque
videmus commodiūs ac tutiūs esse sic orare, vt aduersarius
velle se declarat; *Pater noster, qui sursum extra omnes creatureas habes omnipræsentem Christum realissimè etiam quā homo est.*

Nama Deo patefacto abducit talis oratio. Ideo cur mutan-
da sit precandi formula a Christo nobis relictā, non appetet.
Credimus autem & nouissimum iudicium certo futurum
quo grauis vnicuique erit reddenda ratio, qua mente & pie-
tate, quælibet dixerit scripscerit atque fecerit. Inde igitur ar-
gutus Ecclesiæ ciuis, qui qua virtute sit hactenus nondum
ostendit, si ita placet, quoque extruat: Nos curiosè & scru-
pulose rimari & indagare diem, horam & articulum eius iu-
dicij, & augebit cumulum egregiorum cauillorum, quibus
veritatem prosternit.

CCXXI. Quanquam Deum vbique esse certum sit, 297.

tamen quia humana Christi natura Deus non est, neque ea-
dem vbique est, quod in præsentia SVR SVM EXTRA OM-
NES CREATVRAS ad dextram Dei aduersarius dicit: *Quis*
vero Christum carne extra omnes cœlos & rerum naturam
querit, nisi qui yagatur vbique animo fluctuante & nusquā
consistit? Certe Col. 3. Paulus non inquit, *Quę sursum extra*
omnes creatureas sunt, sed VBI CHRISTVS est ad dextram
Dei sedens. Iterum igitur appendice locupletauit scripturā
adjiciēs verbis Apostoli: EXTRA OMNES CREATVRAS.

Ante incarnationem redemptoris, In dedicatione templi 2.
 Paral. 6. precatur Salomon, AVSCULTATO E LOCO ha-
 bitationis tuae. Auscultans & COELIS condonato, condonato,
 auditio, indicato, exaudiens & COALIS statione habitationis
 tuae, auscultato & COELIS, exaudito & COELIS orationem.
 Veri adoratores adorant in spiritu & veritate. Est autem sermo
 Dei veritas, a quo, nisi fallor, oratio Dominica excludi non
 debet.

272. CCXXII. Iuxta promissiones: *Vbi duo aut tres congre-*
gantur in nomine meo, in medio eorum sum. Et, ecce vobis cum sum
usque ad consummationem seculi; Christus totus nobiscum est,
et si non totum Christi, ut scholastici loquuntur. Quod ne-
gat aduersarius, qui more Eutycheo distinctionem natura-
rum Christi in unitate personae, divisionem dicit, & extrav-
nionem personalem cum Nestorio libenter diuidit. Attra-
men diserte dicere veretur; Christum assuerare iis promis-
sionibus, se carne esse omnipresentem. Quare valde langui-
da sunt illa testimonia pro maiestate, qua sit omnipresentis
humanitas Christi seu realiter seu realissime actu primo vel
secundo. Ut verò Psal. 45. Deus in medio ciuitatis sue esse dicitur,
ita Christus ante resurrectionem inquit, Sum in medio eorum
qui congregantur in nomine meo, & post resurrectionem: Sum
vobiscum, &c. μετ' ἡμῶν εἰπεῖ. Ergo eodem modo illa intelligenda
sunt. Neque humanitas Christi actu primo realiter omni-
presentis est ante resurrectionem. Et aduersarius actu secundo
ante resurrectionem non eam esse omnipresentem ultra
concedit, & Deum solum esse omnipresentem. Quare iuxta
imaginaciones aduersarij Christus illas promissiones non
presentat sc. quod humanitate actu primo sit omnipresentis.
Qui neutro illorum modorum Deus esse ne quidem ab ad-
uersario dicitur, Frustra igitur neglexit in ḡeco textu verbū
εἰπεῖ, & substituit εἴρει. Quemadmodum autem Christus
Ioh. 8. ait: Ego (non ero sed) sum hoc, quod ab initio loquor vobis,
& patrem ut in sao nomine, id est, Deitatis ratione seruet
Eccle-

Videantur
Thesi. 191.
815.

Ecclesiam rogat, & sic seruatos hactenus esse suos & seruandos deinceps declarat Ioh. 17. secundum Cyrillum: Sic Origenes homilia in Matth. 33. Non est hominius, ait, esse ubique unque duo vel tres congregati fuerint, sed est virtus diuinata in Iesu. Et secundum humanitatem suam ait Vigilius l. contra Eutychenos, RBCBSSIT anobis, secundum diuinitatem suam ait, EGO vobis sum. Item, Quod verbum ubique, CARO autem VBIQUE non est, apparet unum eundemque Christum esse VTRIVSQUE naturae. Et esse quidem ubique secundum naturam DIVINITATIS sua, & LOCO contineri secundum naturam CARNIS sua. Hac est fides CATHOLICA, quam Apostoli tradiderunt, martyres roburarunt, & fideles nunc usque custodiunt.

CCXXXIII. Vult Christum ut caput Ecclesiæ obire in terris munus sacerdotij & regni sui, si sit omnipræsens etiam quā homo est. At (Ebr. 8. c.) Si in terra esset (sc. carne) ne quidem sacerdos esset. Ergo aduersarius Christum summo sacerdotio priuat. Nam si humanitate est omnipræsens, eadem & in terra est. Hanc insignem Thesin in confessione data illustrissimis principibus Hassia omisit.

CCXXXIII. Quare ad talem gubernationem Eccle- 274.
siæ, qualem aduersarius singit, Christus quatenus homo est, exaltatus non fuit. Nam solus Deus est omnipotens, omniscius, & omnipræsens, & gubernatio & defensio Ecclesiæ non est opus duntaxat infinitæ potentie, vt ostendunt actiones Christi in officio mediatoris, quod ei iuxta utramque naturam, seruatis earum Idiomatis, competit. Non enim opportuit eam carne esse omnipotentem, quādo iussit discere Apostolos in orbem terrarum & docere Euangelium, quando afflauit discipulos & dedit spiritum Sanctum. Et hodie quando orat pro nobis & preces nostras ad patrem perficit: Quemadmodum nec in nouissima mundi die, qua rediens electis voce sua accersitis, maledicet incredulis & crudelibus hypocritis & tyrannis. Si miles actiones in miraculis & apotelesmatis distinctas nuper Augustinus & Athanasius

nasis indicabant, quas & earum similes, profundo silentio
opprimunt in suis scriptis dignissimi odio prosoposophistæ.
 273. CCXXV. CCXXVI. Adamantinum vinculum se-
 275. reperisse putat, quo constringat veritatem, sed est funiculus
 276. ex arena quod sic argutatur. Gubernatio & defensio Eccle-
 277. siæ est opus infinitæ potentiaæ. Christus iuxta vtramque na-
turam gubernat & defendit Ecclesiam. Ergo iuxta vtramq;
naturam est omnipotens, aut qui hoc negat, fraude dicit se
largiri Christo gubernationem Ecclesiæ iuxta vtramque
naturam.

RESPONDEO.

Est Paralogismus è quatuor terminis. Maior agit de gu-
bernatione & defensione, quæ communis est patri, filio, &
spiritui Sancto. Minor de ea, quæ est Christi & respectu car-
nis, cuius specimen dedit, cùm motu heroico expelleret in-
stidores e templo, de qua modò plura diximus, Non enim po-
test una potestas & operatio esse, ubi est diuersa substantia, vt Sy-
nodus Occumenica sexta dicit. Quare mediator facit officium
in utraque natura, & utraque natura facit quod suum est, & neu-
tra quod alterius, verbum quod verbi, caro, quod carnis est, vt ha-
bet columna Orthodoxæ fidei Leonis, & paulò antè dictum
fuit. Siverò Christus infinita potentia iuxta vtramque natu-
ram regit & tuetur Ecclesiam, iuxta vtramque naturam i-
psum esse Deum necesse est. Quod cum in illa bene longa
tricarum tela (in qua mensa Domini despecta est, vel potius
omnia repleta sunt esculentis frustis abominandi vomi-
tus) aduersarius non asseueret, fraude Christo infinitam po-
tentiam iuxta vtramque naturam asserit, & perridiculè mo-
litur iniucere veritati omnium validissimæ compedes, in cu-
ius laqueis captus hæret. Scimus Macarium & Theodosium
quendam, cum Christo secundum vtramque naturam can-
dem sapientiam & viuificanti vim tribuerent. Item Mono-
theletas, Acephalos, Monophysitas propter eiusdem farine-

furores una cum Eutychie hæreseos damnatos esse & Chalcedone & Romæ Præside Martino Papa, & Constantinopoli; Cætera videantur in responsione ad c. 7. & 8.

CCXXVII. T H E S I S.

Hec sunt doctrina nostræ de adoratione Christi fundamenta: quia si nobiscum crederent aduersarij, iam iam inter nos sanctus & pius consensus esset constitutus.

CCXXVIII. De quo consensu haud dum desperamus, si saltem (humanis affectibus remotis) solius veritatis studio ex Dei verbo cum rectè sentientibus convergent.

CCXXIX. Ego quidem sanctè & publicè protestor, hac a me non in cuiusquam inuidiam, sed eo tantum consilio proponi, ut doctrina & confessio nostra a præiudicij & errorum suspicioneis, quibus hactenus vehementer pregrauata fuit, liberetur.

CCXXX. Deinde, vt amica & fraterna sententiarum collatione veritas scriptura adminiculo eruatur.

CCXXXI. Cum enim experientia testetur, plurimorum animos in hoc inselic certamine Ecclesia circa hunc Articulum telis ignitis tentationum Satana varie percelli; Non possunt rectè e dubijs illis per omnia sese explicare, aut de hoc sublimi negocio (quod saluificam Christi notitiam concernit) certi quippiam statuere, nisi ex ipsis scripturae fundamentis indubitate veritas demonstretur.

QVOD QVI FVNDAMEN-
TA ILLIUS NOVAE LATRIAЕ NON
amplectuntur, *sint dissidiorum in Ecclesia causa, & autor*
istas Theses scriperit veritatis amore, & uter-
xorum suspicionibus ubiquistarum
dogmaliberaret, &c,

ISAGOGЕ.

CCXXVII.

SOLENTE heretici secundum edictum Impera-
toris Iustiniani c. 4. ut simpliciores decipient, voci-
bus quidem vti, quæ ab Orthodoxis prædicuntur, re-
ctum autem earum intellectum atque expositionem ad
suam impietatem transferre. Ita aduersarius dicit doctrinam
de adoratione Christi quod scilicet humanitas ipsi sit rea-
liter omniscia, omnipræsens, & propterea quoque inuocan-
da; Fundamenta vocat farraginem contradictionum, falla-
cium cōclusiuncularū, blasphemiarum. De quibus, cum ne
quidem ipsemet secum consentiat, tamen nos, qui dissen-
timus ab iisdem iuxta ea, quæ ex verbo Dei profert, accusat,
quod sanctum & pium consensum impediamus. At Zacha-
riæ 8. iubemur diligere veritatem & pacem, vnde Rabbini di-
cūt, *In multiplicatione veritatis, erit & multiplicatio pacis.* Non
autem difficile est iudicare, qui turbent limpidas Israëlis a-
quas, an lupi loco superiore, vel oues inferiore flumine bi-
bentes, & quis turbet Ecclesiam, Eliâne an Baalitę.

CCXXVIII. Itaque si timor Dei est affectus huma-
nus & relinquendus, & securitas ac contemtus Dei & homi-
num, sunt motus a spiritu Sancto in peccatoribus aduersario-
rum accensi, & vnicè alendi; Tum si doxomania & sophi-
stomania sunt veritatis studiū, & si sunt Orthodoxi, qui Eu-
tychis & Nestorij impietatem interpolat, (vt quondam hi
ipsi

ipſi teſtē Samosateni impietatem reficiebant) & qui regu-
lam ad lapidē, verbū Dei, & quæ Orthodoxi rectē ac dextre
tradiderunt, ſinistrē accipi & ad ſuas opiniones ac cupidita-
tes at temperari volūt; non eſt, quod de illo ſancto & pio ſci-
licet consensu, aduersarij dum desperent. Nam cum talibus
rectē ſentientibus non ſine fructu confeſſi poterit.

CCXXIX. Neque eſt in autore iſtiſ telæ Arachneæ
malevolentię quicquam, ſaltem nos aduersarios dicit, qui
diuinos illos patres Eutychen & Nestorium cum aſſeclis nō
admodum veneramur, & illorum dogmata in canone eſſe
nondum agnoscimus. Aemulum ſe tātorum luminum Ec-
clesię ſtrenue & præclarè probauit, quod humanitati Chri-
ſi proprietates Dei eſſentiales in vnitate perſonę realiter
communicari afferit, & ſaltem ratione ſuę eſſentialię, Idio-
mata ſua humanitati eidem concedit, quaſi ſubſiſtat huma-
nitas in perſona verbi in Idiomatis verbi eſſentialibus, vt
Eutychei delirant, & ſubſiſtat in ſuis Idiomatis extra vni-
nem, vt Nestorei hallucinantur. Quam obrem oꝝ amici deſi-
namus iſipſum & complices errorum præiudicio & ſuſpicio-
nibus premere amplius, agnoscamus cum pauore & tremo-
re culpam, & depreceμur, & poſthac benignius cum iſipſis a-
gamus & ſimilibus iniurijs eos non afficiamus amplius.

CCXXX. Eſt enim amicæ & fraternalē benevolentia &
placidē confeſſandi ſententias ingens ſpes, quia tāquam do-
minaturus aliorum fidei obtulit laqueis turgidum & diſtē-
tum vtreſ nugationum, contradictionum, fallacium con-
clusiuncularum, blaſphemiarum vtraque manu vel verius
toto pectore fuſcipiendum, ac ſuſcipiendum, ac in conatu
impio ſincera contaminandi, & in prauitate vera peruerteren-
di, veritatē adminiculo ſcripturę nobis cum eruere ſerio-
vult. Latet enim illa in abſto adhuc abſtruſa & talibus ma-
chinis eſt proferenda.

CCXXXI. Verè autem infelia & infausta ſunt cer-
tamina, prōh dolor, non ab Ecclesia, ſed a malè feriatis ho-

Videatur
reſpon. ad
Theſſin 191,
192. 215,

AD ANALYSIN CAP. XXIIII.

minibus commota, quibus luce doctrinæ diuinitus patefactæ oculi dolent. Quamobrem nebulas illi offundere non frigidè & segniter moliuntur, quas nomine Ecclesiæ & illustrandæ salutaris notitiæ Christi tunc demum meritò celebrabunt, si eam, quantum in sese est, tenebris inuolutam & extinctam cupere & meditari desinent. Rursus, quæ iuxta vocem diuinam rectè ijsdem opponuntur, optimo iure, vt ignita temptationum tela vituperabunt & habebunt, si spiritus Sanctus non dux & autor est ad sobriam & salubrem doctrinam sed ad dolos & fallacias & facetas fabricas abducit, quibus scatent fraudum & exitij architecti & antistites, vt malè curata vlcera & vomice abundat vermis, Confitebimur autem aduersario propositum fuisse in isto tortuoso volumine thesium indubitatem veritatem demonstrare, nisi Deo adiutore ostendimus, quod dogmata a verbo Dei remota & aliena perpetuis paralogismorum tricis quomodo docunque consarcinauit. Videmus, quam difficili loco sint res Ecclesiæ propter homines, qui persuasions suas amant, & exaggerant, & plano ac perspicuo verbo Dei anteponunt, fonti vitæ æternæ omnium augustissimo. Quando tales humana ope sanari non possunt, Deum æternum patrem Domini nostri Iesu Christi per hunc ipsum filium eius unigenitū supplices oramus, vt propter gloriam suā & salutē nostrā lucē veræ doctrinæ seruet nec extingui sinat, accensam spiritu suo Sancto soueat, flectat animos aduersantium Euangelio, vt discipuli cedendo esse, quam doctores deprauando videri malint. Tum tranquillitatem aliquam & halcedonia largiatur ad colēdam & proferendā doctrinam de essentia & voluntate sua, & alijs bonis rebus traditā benignissimè. Et ad rectè ferendas ærumnas, quibus nos ingrauefcentibus mundi senescentis morbis iustissimè exercet, vires & animum addat consilioque nos regat & iuuet, is cui soli sapienti, præpotenti iusto & misericordi sit laus, gloria, honor sæculis infinitis.

F I N I S.

DOCTO-

DOCTORVM ECCLESIAE,
QVAE SVNT ORTHODOXI PRO-
nunciata quædam insignia:

I.

DE ADORATIONE CHRISTI,
veri Dei & hominis.

A Than. Or. 5. Contra Arianos: Dominum rerum creatarum, incarnatum Dei verbum adoramus. Nam tam eti caro ipsa per se pars sit rerum creatarum, attamen Dei corpus est effecta, neque istiusmodi corpus seorsum discriminatum a verbo adoratione prosequimur, neque adoratur verbum a carne longè seponimus, sed cum sciamus, verbum carnem factum esse, illud iam in carne situm Deum agnoscamus.

Pag. 103. Qui verbum carnem factum adorare nolunt, ingratose exhibent se eius humanitati. Qui verò distrahunt verbum a sua carne, nullam omnino redemtionem peccati aut mortis euastatione existimant. Vbi nefarij seorsim inueniunt carnem, quam saluator noster Iesus Christus assumxit.

Augustinus Psal. 98. Adorate scabellum pedum eius quoniam sanctum est. Sciendum est, quia in Christo terra est, id est caro, quæ sine impietate adoratur. Suscepit enim de terra terram, quia de terra caro est, & de carne Mariæ accepit carnem. Hoc sine impietate adoratur a nobis, Quia nemo carnem eius verè manducat, nisi prius adoret. Sed qui adorat non terram intuetur, sed **ILLVM POTIVS CVIVS SCABELLVM EST** propter quem adorat.

Idem ad Gal. Ego Dominicam carnem, immo perfectam in Christo humanitatem propterea adoro, quod a DIVINITATE suscepta & DEITATI unita est, ut non alium at-

que alium, sed unum eundemque DEUM ET HOMINEM
filium Dei confitear. Item, in Christo Domino humanita-
tem non solam vel nudam sed diuinitati unitam, unum Dei
filium Deum verum & hominem si quis adorare contem-
serit aeternam mortis poenam patietur.

Theodor. Dial. 2. Illud corpus sessione ad dextram Dei
dignum habitum, & ab omni creatura adoratur, ut quod
appelletur corpus Dei: & i. Ephes. Quod assumta ex nobis
natura eiusdem honoris, cum eo, qui assumptus sit particeps,
ut nulla videatur differentia, sed per naturam, quae cernitur,
adoretur, quae non cernitur diuinitas.

Cyrillus in Apologia anathematismi octau: Qui dicit
non adorandam carnem Domini nostri, ut Domini & D^{omi}ni
CARNEM, hunc anathematizat sancta Catholica Ecclesia.
Et in lib. de incarnatione Verbi: Nec vero tanquam Deo
coniunctum, qui qualitate dignata sit diuisus substantijs cu
ipso adorari dicimus hominem, Id enim extremæ impieta-
tis plenissimum est, sed unum adorandum factum HOMI-
NEM ET INCARNATVM DEI VERBVM.

Eodem lib. pag. 256. Adorat, quia naturam assumptus, quae
debeat adorare. Adoratur, quasi maior adorante natura.
Adoratione vero non est diuidendus in hominem seorsim,
& Deum seorsim. Unum filium adoravit causa natuitate
sua, cum præcipuo mirabilique modosanatus est. Nam cum
inuenisset eum in templo Iesus, inquit, Tu credas in filium
Dei. Ille autem dixit: Qui est Dominus, ut credam in eum,
Christus vero ei ipsum cum corpore demonstrabat: Et vi-
disti quidem eum, & qui loquitur tecum ipse est.

Vides quod SINGULARI numero vtatur, non permit-
tens DEUM ET HOMINEM seorsum intelligi. Imo vero
& si quis hominem nominauerit Emmanuel, significa-
uit minimè communem hominem, sed DEI VERBVM adu-
natum nostræ naturæ. Sicut unum hominem adorauere
beati discipuli, cum cum videntes mitis modis inter aquas
ambu-

ambulare adorant dicentes : VERE DEI FILIVS EST. Si
verò hominem cum DBO COADORARI dixerimus, diui-
sionem spacioſiſſimam inducēmus. Nemo sibi concenare,
coambulare, coniuere dicitur. Duarum enim personarum
ſignificationem inducet præpositio præposita verbo.

Damasc.l.4.c.2. & 3. Adoratur caro in incarnato Dei ver-
bo, non propter ſeipſam, ſed propter coniunctum iſi ſecū-
dum hypostasiſ Deum verbum. Et non dicimus quod ado-
ramus carnē nudam, ſed carnē Dei, id eſt, Deum incarnatū.

Damasc.l.3.c.8. Orth.fid. Non nudam carnem adoramus,
ſed counitam diuinitati, vt in vnam personam & hyposta-
ſin Dei verbi. Timeo carbonem tangere propter ignem li-
gno coniunctum, adoro Christi ſimul vtrumque propter
carni coniunctam counitamque diuinitatem.

Athanasius Dial.5.de Trin. Ceterum & nos & angeli i-
pſum Deum ſermonem adoramus, qui formā ſerui affum-
bit: neque partim Deum partim hominem inuocamus, ne-
que rem creatam creatori æquiparamus, ſed ADORAMVS
INCARNATVM cum carne: NEQVE TAMEN carnem
Deirati exæquamus, neque ſegregamus carnem, neque ali-
quatenus adoramus, ſed Deitatem cum carne, &c. quæ ſei-
piam vniuit carni adoramus, & paulo post. Eſt Deus ſermo-
per omnia fratribus ſuis ſimilis factus, quum naturæ huma-
næ vniretur, & adoratur, qui hominem induit, ſuq̄ue no-
biscum coniunctionem præbet nobis particeps factus san-
guinis & carnis: idemque adoratur, vt qui homo quidem
ſit, quia nobis vnitus eſt, NATVRA VERO & eſſentia ſit
DVS.

Damasc.l.4.c.3. Filium Dei cum patre & ſpiritu Sancto
adoramus, incorpoream quidem ante humanitatis affum-
tionem & nunc eundem incarnatum & factum hominem,
& cum hoc Deum eſtentem. Caro igitur eius ſecundum
ipsius NATVRAM (ſi ſubtilibus cogitationibus diſpeſcas
quod videtur ab eo, quod intelligitur, cogitationeque hu-
manita-

manitatem a diuinitate præscindas) IN ADORABILIS est
vt creatura: Vnita autem Deo verbo: propter ipsum & cum
ipso adoratur.

II.

DE PLENITUDINE DEITATIS *Forma Dei & forma serui.*

ANastasius & Cyrill. in expositione Orthodoxæ fidei,
Natura est vera existentia rerum, vt essentia, natura, for-
ma sint vna & eadem res.

Athanasius pag. 93. Vniuersa plenitudo & integritas Dei-
tatis est pater, vt pater, Vniuersa item plenitudo Deitatis est
filius vt filius, quandoquidem amborum VNA FORMA in-
telligitur quæ integrè se in utroque & solidè exhibet.

pag. 95. Tres cum sint vnam formam intelligamus, quæ
incipit a patre resplendet in filio & appareat & demonstratur
in spiritu Sancto.

pag. 227. Qui cum in forma Dei esset, id est, cum esset in
ipso tota essentia Deitatis.

Cyrill. pag. 349. In ipso habitat plenitudo Deitatis, non
per participationem, sed per habitudinem, hoc est, nō con-
cessione gratiæ, sed corporaliter, hoc est substantialiter.

Basil. l. 4. aduersus Eunomium; οὐ μορφὴ Ἰησοῦ, οὐ σοιαὶ εἰ
Ιησοῦ. οὐδὲ ἀλλομορφὴ τούτῳ σοιαὶ Ιησοῦ ινά μὴ οὐσία, &c. Eſſe
in forma Dei, eſſe in essentia Dei. Non enim aliud eſſe eſſentia Dei, aliud forma Dei, ne compositus sit Deus.

Idem citante Theodoreto Dial. 2. pag. 43. Ego ſic ſtatuo
formam Dei eſſe & qualitatem eſſentiæ diuinæ. Ut enim al-
ſumtio formæ serui ſignificat eſſentiā naturæ humanae, ſic
cūm nominatur forma Dei, eſſentiæ diuinæ proprietas ſi-
gnificatur.

274

III.

**QUAM OB CAVSAM EXINA
nitum dicatur Dei verbum.**

C Yrill. pag. 237. Exinanitum, non violatum in propria natura, nec ut aliter se haberet commutatum, nec inferius vlla ex parte factum. Quod verò caro sit factum, id est, homo (iuxta illud: effundam spiritum meum super omnem carnem) humanitatis paupertatem propriam facit:

Primum, quia semel homo sit factus, et si remaserit Deus: Deinde, quod serui formam accepit, qui secundum suam naturam liber est, ut pote filius. Et cum sit gloriae Dominus, dicitur gloriam accipere, cum sit ipse vita, vivificare videatur, & in omnes accepit potestatem, cum ipse sit rex omnium, cum Deo simul, & patri obediens fuit crucem passus est, & cetera.

Maxentius Ioh. pag. 81. Filius Dei cum esset Deus & Dominus, accepit formam serui, & est factus seruus in forma serui, ut Psal. 115, dicitur, ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ.

III.

**SENENTIA DICTI EVANGE-
lici: Verbum caro factum est.**

T Heodoreus Dial. 1. pag. 45. Non opus est peregrina interpretatione. Ipse enim Euāgelista se ipsum interpretabitur. Cum enim dixisset (Ioh 1.) Verbū caro factū est, addit, & habitauit in nobis, hoc est, in nobis tabernaculum figens, & quasi quodam templo utens ex nobis assumta carne, dicitur factū esse caro, & docēs, quod immutabilis māserit, adiecit, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, qui est plenus gratia & veritate. Etenim carnē circundatus, ostendit paternā nobilitatē & diuinitatis radios sparsit & do-

minicē potestatis emisit fulgorē, miraculis patefaciēslaten-
tē naturā. His consentanea sunt, quē ad Philippenses scripsit
diuus Apostolus (Phil. 2.) Hic sensus sit in vobis, qui fuit &
in Christo Iesu, qui cūm esset in forma Dei & quæ sequūtur.
Vide prædicationis consonantiam: Euangelista dixit, verbū
C A R O F A C T U M est, & habitauit in nobis, Apostolus verò,
F O R M A M serui assumisit, Rursus Euangelista dixit: vidimus
gloriam eius **T A N Q V A M V N I G E N I T I** a patre: Aposto-
lus verò, cūm esset in **F O R M A D E I** non rapuit æqualitatem
Dei. Ac vt summatim dicam, vterque docet, quòd Deus sit
& Dei filius & **P A T R I S G L O R I A O R N A T U S**, & eandem
habens cum genitore naturam & potentiam.

Vigilius l. 4. c. 2. Si enim non est conuersus in carnem &
factus est homo, permanens Deus, hoc ipsum quòd factus
est **H O M O**, quia mutatio dici non potest, **A S S U M T I O** dicatur
necessē est.

Athan. Dial, 5. Seipsum exinanivit **S E R V I F O R M A** ac-
sumta. **F O R M A D E I** est **T O T A D E B I T A S**. **F O R M A**
S E R V I est tota humanitas.

V.

M I R A C U L A E S S E D I V I- na naturæ opera.

Iustinus pag. 179. Deus quidem cognitus est miraculorum
affectione, homo autem demonstratus naturæ simili af-
fectione.

Leo Epist 10. ad **F L A V I A N U M**, Vnum horum corru-
scat miraculis, aliud succumbit iniurijs.

Cyrill. l. 10. Thes. c. 2. Quemadmodum enim quando
per carnem miracula efficiebat (sputo enim cæcum curauit
Ioh. 9. Et manu extensa feretroque tacto vnigenitum viduæ
filium

filium e mortuis reuocauit Lucas 7. & voce instrumentis corporis emissâ, Lazare, dixit, veni foras) non ipsi ut HOMINI
 hæc, sed ut DEO attribuimus, sic, quando humano more aliquid de seipso dicit, quod alienum a sua Deitate videatur,
 carni id ipsum accommodare debemus. Hec Cyrillus. Nam
 quod Christus in miraculis nonnunquam, non autem semper adhibuit & membra sui corporis, vel aliud quiddam, vel
 lut saliuam, puluerem flatum, id non fecit, aiunt veteres.
 quod externa illa ad opus miraculosum aliquid conferrent,
 ut neque vestis ipsius Christi, ex cuius tamen contactu sana-
 ta est hemorroïsa. Neque virga Mosis habebat illam vim o-
 peratricem miraculorum, sed quod eo modo ostenderet
 Christus, VEL QVID ageret, ut cum dicit Lazare veni fo-
 ras, VEL IN quam partem suum beneficium conferret, ut
 cum oculos tangebat, VEL suam in genus humanum opu-
 mberat & commiserationem demonstraret, veluti cum lá-
 cymatur, VEL UT suorum beneficiorum naturam his
 symbolis explicaret, veluti cū per flatum dat spiritum San-
 ctum, VEL DENIQUE vt sese extra naturę ordinem, quid
 operari probaret, ut cum sputum curandis & sanandis cę-
 cis oculis admouebat. Quæ rationes ex diuersis cuiusque
 loci circumstantijs aestimandæ & explicandæ sunt.

VI.

QUANDO DE NATVRIS CHRISTI
 sermo est, Idiomata esse distinguenda, Item cum explicandas sunt
 propositiones quæ in concreto alterius naturæ Idiomata per-
 sonae enuntiant, quæ vocabulo concreto signifi-
 ficatur & similes.

Damasc. l.3. c.4. Diuinitatem dicentes, non de illa no-
 minamus ea, quæ sunt humanitatis propria. Non enim
 dicimus Deitatem aut passibilem aut creatam. Neque de

carne, id est, humanitate prædicamus ea, quæ Deitatis sunt propria: nam neque dicimus carnem, id est humanitatem increatam. At verò de hypostasi siue ex utraque siue ex una naturarum eam nominamus, utriusque naturarum propria illi adiçimus.

Augustinus de Trin. c.35. Distinguamus, quid in scripturis sonet secundum formam Dei, & quid secundum formam serui. Non itaque immerito scriptura utrumque dicit, & aequalē patri filium & maiorem patrem filio. Illud enim propter formam Dei, hoc propter formam serui, sine **VLA CONFUSIONE** intelligitur.

Beda i.ad Cor.c.15. Cùm aliqua in scriptura de filio dicuntur, quibus demonstratur, quod patre sit minor, ea secundum humanitatem intelligantur, Cùm verò ea dicuntur, quibus patri filius demonstratur aequalis, secundum quod Deus est, accipientur.

Hieron. Tom. 4. Quia propter nos & homo dicitur, non debemus, quæ carnis sunt, Deo ascribere, & quæ Dei sunt carnis aëstimare propria.

Athanasius p. 259. 260. Si Arriani ex humanis rebus causam ducūt, cur humilia sentiat de filio Dei vel potius ipsum extoto hominem putent & e terra & cœlo constare arbitrentur, Cur non ex diuinis operibus eum verbum illud esse percipiunt, quod est in patre. Verbum **R E V E R A** nihil patitur, tamen de eo verè dicitur, quod passum sit, quia homo est factus.

Idem pag. 261. Humana sunt, transeat a me calix, quare medereliquisti: Diuina, potestatē habeo ponēdianimā &c.

pag. 252. Non sunt hominis miracula, etiam si per corpus conficiebantur, sed Dei, Et cum humana de saluatore dicuntur, non diuinitati sed humanitati attribuenda sunt. Opera patris per carnem faciebat, & nihilominus affectiones carnis in eo apparebant.

Athan. Dial. 5. Deus sermo is est, qui **FORMAM SERVI** assum-

Assum sit, Christus nuncupatus, qui etiam est & creditus, vnu-
 gus quidem spiritu **S A N C T O** quatenus homo est, quatenus
 autem **D E U S** est eundem alijs præbens. Ita etiam, quatenus
D E U S est, leges ponit: & quatenus homo est, fit legi obno-
 xiis. Ideoque non dicit: Hæc dicit Dominus quoniam i-
 pse non est homo particeps Deitatis, sed Deus particeps car-
 pis & sanguinis, id est, humanæ naturæ. Nam scriptura ho-
 minem vocat carnem & sanguinem, ut cum dicit Paulus:
 Non contuli cum carne & sanguine. Et sicut homo exani-
 mali & eo, quod ratiocinatur compositus, vna est persona:
 ita etiam vna persona ex **D E O** ET **F O R M A** **S E R V I** existit:
 ideoque non dicit, **H A E C** dicit Dominus, sed, Ego dico vo-
 bis, & Ego sum vita & **V R I T A S**. Itaq; veluti si pars ratioci-
 natrix, quæ homini inest, dicat, Ego sum ille ad imaginē Dei
 factus, ita comparatus ut interire non possim & rursus pars
 eadem illa ratiocinatrix dicat, Ego sum terra & cinis, non
 loquitur modò animal modò id, quod ratiocinatur, sed id-
 ipsum quod ratiocinatur, modò quæ sibi propria sunt, mo-
 dò quæ animali cōueniunt, loquitur: Ita homo, & Deus ser-
 mo, vnicar existēs persona, cūait, Quividet me, videt patrem,
 significat sūc Deitatis cōtemplationem. Nec enim quisquis
 carnē vidit, patrem vidit, sin minus & Pontius, & Herodes
 & qui colaphos ei impegerunt, & qui clavis ipsum confixe-
 runt carnifices, comparentur patrem vidisse. Et cum in-
 quit: dorsum meum flagris præbui, non significat Deitatis
 dorsum, neque cum ait, quispiam me tetigit, Deitatis con-
 tactum dicit. Quinam enim Deitatē contigerit quispiam?
 sed qui fide præditus corpus illud tetigerat vtrumque teti-
 gerat, manu quidem corpus, fide verò Deitatem.

Athanas. pag 152. Ut verbum, quæ sunt patris dona, (O-
 mnia enim, quæ donat & facit pater, per filium donat & fa-
 cit) Ita & e diuerso ipse cum sit filius, humanitus dicitur a
 seipso accipere, quia **A L I V N D A** non accipit, eò quòd cor-
 pus illa recipiat.

pag. 9. Si vis audire eum humanitus loqui, audi verba eius, si ego testimonium de meipso perhibuero, testimoniū meum verum est, &c. nequaquam humana loquitur, sed supra omnem humanam dignitatem, &c. Item, confiteor tibi pater, &c. homo esse videtur, sed ne ob prætextum carnis ignorares Deum, statim subiicit. Nemo cognoscit filium nisi pater, & patrem nisi filius, &c. Huc referuntur etiam verba Athanasij, quæ ascripsi ad Thes. 66.

pag. 92. Filius hominis non est eius potestas, Deiautem potestas est filius, ideoque plenè & perfectè potens pater, quoniam pater potestatis est; potentia ABSOLUTA filius, &c. quoniam soboles eius est.

Cyrill. de recta fide ad Regin. 366. Vide iterum obsecro Dominum nostrum Iesum Christum humanè quidem spiritum accipere, implere autem diuinè promissionem patris per hoc, quod credentibus immittit spiritum S. &c. Humanum est accipere diuinum super hominem & in alios spiritus donum effundere. Ea propter Deus est, in humana FORMA factum Verbum, & propter hoc cum Deo & patre eiusdem throni.

Athan. pag. 261. Humana sunt; transcat a me calix iste, Quare me dereliquisti, Diuina; habeo potestatem ponendi animam.

Chrill. Thes. I. 10. c. 2. Interrogabat vt homo vbi Lazarus positus esset, imperabat vt Deus vt e mortuis rediret, & in vinum vt Deus conuertebat. Duarum igitur naturarum suarum cognitio & dictis & factis necessariò facienda erit. Quare & ipsi debemus, quæ Deo conueniunt diuinitati sue, quæ verò homini humanitati nostræ, quam propter nos afluxit, accommodare.

Item paulò antè: Si antequam mundus esset gloriam hanc habebat apud patrem, quomodo eam petit? perspicuum est propter nos eam petere vt hominem, ita naturæ nostræ

nostræ petitio ut gloriſcaretur in ipſo, facta eſt. Potestatem etiam, quam poſt reſurrectionem dicit ſibi datam, ante reſurrectionē quoq; habebat. Nā ſi nō habebat, quomodo re- pulit Diabolum, dicens, Vade retro Satana, Matth. 4. Quo- modo diſcipulis potestatem aduersus Diaboloſ dedit Luce 10. Quomodo filiam Abrahæ ut ſcribitur a Diabolo ligatū, vt potestatem habens ſoluit, Luce 13. Quomodo paralyticō ſanitatem largitus eſt, Matt. 9. Quomodo peccatrici fæmi- nae peccata dimiſit Luce 7. Quomodo mortuos reuocauit in vitam & cæcorum oculos aperuit, &c. Ioh. 9.

Idem c. 18. in Ioh. Qui regnat ſuper omnes ſemper cum patre in quātum Deus naturā eſt, regnū mundi ut homo accepit. Idcirco ait: Quia omnia, quæ dediſti mihi ab te ſunt. Omnia enim propria Dei ſunt. Dantur autem creatūris, que adeo ſunt. Ita dominari ſuper omnia vniuersaque poffidere DIVINAE NATVRÆ congruit, quemadmodum CREA- TVRIS accipere.

VII.

DE DICTO, PATER CLARI ſicafilium tuum, &c.

CYrill. c. 14. in Ioh. Verūm quoniam cum eſſet in forma FORMA aequalitateq; Dei patris, non rapinā arbitratuſ eſt ſe eſſe DEI, aequalē Deo, ſed ex inaniuit ſeipſum humano affumto cor- pusculo & paruitatem noſtram abſolutē indutus, opportu- no iam tempore præſente, quo incarnationis myſterio con- ſummato & humano genere ad vitam & cognitionem Dei vocato, ad pristinam ſua in gloriam rediret, vt omnino ha- rum rerū patrem quoq; autorē oſtenderet, ſic eum alloqui- tur, tempus iam eſſe demonſtrans, vt ad naturę ſuę dignita- tem cum carne aſcendat. Aſcendat autem non alterius mi- ſterio, ſed vt ſapientia Dei patris & virtus. Sic enim & non aliter

aliter summa cum potestate Deitatis opera peragit. Omnia enim a patre sunt, sed non absque filio. Quomodo enim quicquim Deus pater operabitur, non cooperante natura, si potentia sua atque virtute? Omnia enim per ipsum facta sunt, inquit, & sine ipso factum est nihil. Quoniam ergo identitatis substantia ratio, omnia ex patre per filium in spiritu esse persuadet, propterea mortem & Diaboli Tyrannide depositurus, quia vniuersus terrarum orbis spiritus doctrina illuminatus ~~secundum naturam & verum deum~~
 Christū erat cognitus, idcirco ait: Pater clarifica filium tuū, ut & filius tuus te clarificet. Nec mentis quisquam non expers dicit, clarificari a patre filium velle quasi hominem ex homine accipere, reddereque vicissim (stultum enim est omnino talia opinari de Deo) sed clarificationem a patre petit & simile patri redditum pollicetur, ut ~~ae qualitas~~
~~et identitas~~ naturæ appareat. Nā sicut in honorare pater videtur, nisi talē filii genuisse credatur, qualisipse est, sic gloria ei est, similē sibi omnino filium produxisse. Glorificatur igitur pater in gloria filij, quia ut modò dicebamus, dum intelligitur quo patre natus est, tam patri quam filio gloria redditur. Gloria igitur a patre qui tales genuit, ad filium, & a filio, qui patri similis est, ad patrem omnino redunit. Si quis autem humilius propter assumptum hominem id quoq; a salvatore dici opinatur, recte quidem dicet. Non tamen ita exquisitè vim theorematis huius exponet. Nam si Christus clarificari solūm a patre peteret, humanitati hoc attribueremus. Verūm quoniam vicissim clarificaturum se quoque pollicetur, necesse est locum ita interpretari, ut dictum est.

VIII.

*QVI A VNA E ST H Y P O S T A S I S N A-
turalium Christi utriusque naturae Idiomata esse
communia hypostasi.*

A Than. pag. 243. 244. Col. 2. Corporaliter habitauit in carne diuinitas, id est, cum Deus esset, proprium quodam corpus cepit, eoque ut organo vtens homo factus est propter nos. Ideoque quæ propria sunt carnis, etiam de illo referuntur, nimirum quia in carne consistebat, qualia sunt, esurire, sitire, pati, fatigari, aliaque id genus, quæ caro in se recipit. Quin & ea opera, quæ sunt propria verbi, qualia sunt mortuos excitare, cæcis visum reddere, hæmorrhiam sanare, ea quoque omnino corporis ministerio peragebatur.

Et quemadmodum VERBUM carnis infirmitates baiulabat, ut suas, neque id mirum, erat enim caro ipsius. Ita vicissim cum caro suo ministerio diuinitatis operibus inseriebat, illa opera in CARNE siebant, quia caro illa erat corpus Dei.

Idem in oratione contra Arianos citante Theodoreto, Dial. 3. p. 293. Perspicuum est attentè considerantibus, quod corpore resuscitato filius dicatur a Paulo ex mortuis resuscitatus esse. Nam quæ corporis ipsius propria sunt, de tota persona dicuntur.

Hilarius l. 9. de fide citante Theodoreto Dial. 2. p. 189. Natus igitur unigenitus Deus, e virginе homo & secundum plenitudinem temporum in semetipso prouecturus in Deum hominem, hinc per omnia Euangij sermonis modum tenuit, ut se filium Dei credi doceret & hominis filium praedicari admoneret, locutus & gerens HOMO vniuersa quæ per se sunt, loquens deinde & gerens DEVS vniuersa, quæ hominis sunt, ita tamen ut in ipso illo utriusq; generis sermonem nunquam nisi cum significatione & HOMINIS locutus

& p*ii* sit. Hinc itaque fallendi simplices atque ignorantes hæreticis occasio est, vt quæ ab eo secundum hominem d&a sunt, dicta esse secundum nāturæ diuinæ infirmitatem mentiantur, & quia vnum atque idem est, loquēs omnia quæ loquitur, de semetipso (id est, humanitate) eum locutum es- se contendant.

Theodor. Dial. 2, p. 126. Cūm de naturis loquimur, suum cuique tribuamus, & sciamus quædam esse diuinitatis, quædam humanitatis propria. Cum autem de persona verba facimus, communicanda sunt naturarum propria, & hæc atq; illa saluatori Christo tribuenda sunt, & idem appellandus est Deus & homo & filius Dei, & filius hominis, & filius Dauidis, & Dominus Dauidis, & semen Abrahæ & conditor Abrahæ.

THEODOSIUS ET MACARIUS HÆ,
retici eandem scientiam & viuificationem diuina &
humana Christi natura tribuerunt.

THEodosius hæreticus (vt est in actis synodis concilij Constantinopolitani, quod sextum fuit) docuit vnam eandemque esse vnius Domini nostri Iesu Christi & Deo dignam sapientiam scientiamque omnium, & cognitionem secundum vtrumque, id est, secundum eius diuinitatem & secundum eius humanitatem.

Item: proprias sibi faciens, quæ eius sunt, id est, quæ carnis sunt, faciensque in ea suæ naturæ operationes. Facere in ea, quid est, nisi locupletari per vunionem verbi eius, Deo digna operatione, quæ inconfusè incommutabiliterque vnitam ei, animatamque carnem demonstrat. Et Macarius hæreticus: Quapropter & ad singula, quæ siebant, vt quædam cooperativæ quodammodo, præsertim autem ad hoc sanctâ suam carnem assumere nitebatur, vt ostenderet viuificate valentem, sicut vnum iam factam cum eo non secundum naturam

naturam scilicet, sed secundum dispensationis vniōnem &
virtutem indissolubilem vitæ, quæ ineffabilis humanatio
nobis affulxit. Etenim quando archisynagogæ filiam suscita-
bat dicens: Surge puella, tenuit manum eius, viuificans qui-
dem ut Deus omnium opifice præcepto, viuificans autem
iterum & per tactum sanctæ carnis suæ vnam atque cognati-
tam per vtramque operationem ostendens. Cernis quomo-
do dicens operari vtramque naturam præterquam cum al-
terius communione, vnam eius **OPERATIONEM** promul-
gauit. Neque enim ex eo, quod secundum alterum dixit,
viuificans ut Deus, viuificans autem per tactum, iam secun-
dum nouos istas dogmatistas duas viuifications &
duas operationes intelligere nos instituit Ec-
clesia, Hactenus Acta synodi Con-
stantinopolitanæ
sextæ.

A 1924 612
OCN 6683489 NCO

Chesapeake Bay Co.

Chesapeake

Co.